

Acta et Documenta Joannis de Pruetis Abbatis Praemonstratensis († 1596)

Textes publiés et commentés par (†) P. Em. VALVEKENS, O. Praem.

(suite *)

François van Vlierden à Morillon, évêque de Tournai

17-28 août 1584

Ancien vicaire général de Granvelle, Morillon, récemment promu à l'évêché de Tournai, avait conservé de fortes relations dans les administrations centrales du gouvernement-général.

Vlierden s'excuse d'avoir trop tardé à répondre à une lettre de Morillon, datée du mois de mai. Il le remercie de ses démarches afin d'obtenir la libération du frère de Vlierden, détenu par les rebelles. Il lui recommande instamment l'affaire de la nomination d'un nouveau prélat à Averbode. Pour ce qui concerne ce dernier point, on remarquera que Vlierden a déjà emboîté le pas aux dirigeants de l'administration centrale. Arnould van Leeftael, le défunt prélat d'Averbode, devient ici aussi un « intrus ».

Morlioni.

Salutem plurimam, in Christo Reverendissime Presul et Pater,
Quod literis Reverende Vestre Paternitatis circa medium Maii acceptis (quibus animi candorem, benevolentiam affectumque benignum erga me totamque nostram familiam ostendis) longiori e domo absentia propter domesticas causas inhibente non responderim, doleo ; et cum easdem iam frequentius relego, ex taciturnitate conceptum dolorem auget quod nequeam aliqua benevolentia vel munere Reverende Vestre Paternitati affectum sincerumque animum recognoscere. Verum, quod temporum malitia impediante prestare

*) *Analecta Praemonstratensia*, XXX (1954), 236-278; XXXI (1955), 136-158, 253-279; XXXII (1956), 102-144.

non possimus, id frequentioribus apud Deum precibus recompensare conabimur.

Fratris nostri captivi causa quasi desperata est, ut nullus eidem subsidium adferre possit nisi Dei clementia et benignitas, que omnibus tribulatis et in afflictione positis et ad eum confugientibus presto est. Nam : cum ipso, inquit Psalmista ex Dei nomine, sum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum. Apud complures enim ea invaluit opinio, non posse iuvare miserum per Suam Celsitudinis favorem et gratiam, eo quod numquam in partibus Regie Maiestati subiectis degisset, quantumvis ex animo catholicus esset et Sue Maiestati addictissimus ; sed eundem Sue Celsitudinis favorem ei mortis et ruine futuram fore causam, ob hoc quod hostes facile omnia in deterius interpretentur. Quare gratias agimus Vestre Reverende Paternitati, que vices suas pro eiusdem liberatione apud Suam Celsitudinem interponere parata fuit ; et ut hanc animi Vestri promptitudinem Deus aliquando remuneret, rogamus.

Ex commissione Sue Celsitudinis et pro eiusdem informatione super idoneitate futuri Abbatis Averbodiensis una cum Domino Consiliario Candrisse audivimus et collegimus vota et occulta suffragia fratrum eiusdem monasterij. Quare, quo abbacie, que hactenus per defunctum pretensum abbatem Leefdaele male tam in spiritualibus quam temporalibus gubernata est, provideatur de bono pastore ac patre, qui ecclesie diligat unitatem, fratrum suorum amet in vera religione et pietate profectum et commune monasterij sui bonum promoveat, obnixè rogo et obsecro Vestram Reverendam Paternitatem, quatenus illa monasterij Averbodiensis, imo ipsius Dei et ecclesie causam communem promovendam ac Sue Celsitudini commendandam suscipere non gravetur ; et hoc agere velit ne alius proficiatur quam quem secretiori informatione preficiendum esse significabimus. Quod agendo sese verum Dei cooperatorem et ministrum Vestra Reverenda Paternitas exhibebit et omnes Averbodienses habebit devinctissimos.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 51 r^o et v^o.

François van Vlierden à Arnould vander Heyden, Prieur d'Averbode

28 août 1584

Il veut savoir si on fait toutes les instances afin d'obtenir une prompte nomination d'un nouveau prélat. Il a recommandé leurs intérêts à l'évêque de Tournai, Morillon. Il s'adressera au même effet au Président Pamele.

Il refuse d'admettre certains bruits, selon lesquels certains religieux d'Averbode feraient des démarches pour obtenir une nomi-

nation abbatiale en leur faveur. Il déclare que pareilles instances sont parfaitement inutiles.

Il a appris avec regret que le commandant de la garnison de Diest a osé emporter les meubles du refuge d'Averbode pour en garnir le château de la ville. Il engage le Prieur de s'installer néanmoins à Diest et d'y entreprendre la vie conventuelle ordinaire, comme il le lui a déjà enjoint auparavant. Aussitôt que possible, la vaiselle sera donc transportée dans cette ville.

Il veut enfin savoir si, à la fin du mois courant, tous les religieux ont effectivement repris leur habit religieux.

Priori Averbodiensi.

Cuperem cognoscere per primum tabellarium num negotij vestri communis actor sedulo ac fideliter lillud ipsum promovere studeat. Nam, si negligentior foret, ipsa sua tarditate vobis detrimentum adferret non minimum. Et erit comprimis necessarium ut examinatis et collectis votis a dominis de Consilio ad Suam Celsitudinem profisciscatur, secum deferens eorumdem sententiam ac iudicium persone denominande. Et tunc a Sua Celsitudine obtineat ac sollicitet signaturam denominationis. Scripsi ac commendavi Reverendissimo Domino Morlioni negotium; qui indubie operam suam libenter actori vestro prestabit, modo eam requirat. Scribam quoque hodie Domino Pamelio, Presidenti Concilij, quo negotium vestrum promovere dignetur.

Doleo me intelligere esse quosdam (ignorans tamen an verum vel falsum sit), qui abbatialem dignitatem ambitiose nimis expetant et sollicitent ac amicos subornent qui precibus et promissis ipsis magnatibus molesti sint, cum locus superior, teste D. Augustino, libro 19 Civitatis, etsi teneatur et administretur uti decet, tamen indecenter appetitur ob hec quod onus suum adferat etiam angelicis humeris formidandum. Quare per presentes omnibus, qui sibi aliquius ambitionis conscij sint, precipimus ac in virtute sancte obedientie sub penis in Statutis contentis mandamus, quatenus illico ab omni ambitione, sollicitatione directa vel indirecta, desistant, nisi rigidos nos et severos experiri velint qui hactenus levitate multa usi sumus. Hec scribo, non quod timeam aliquem vobis preficiendum, qui ambitiose et simoniace eam obtenturus est dignitatem (nam spero hoc literis nostris esse impeditum), sed ne quis ambitiosius agendo, substantiam suam perdat et animam.

Contristavit quoque non modice animum meum, quod per locum tenentem Distensis civitatis omnis vestri monasterij suppellex ablata sit et quasi Sue Maiestati necessaria illata castro vel arcis. Verum, cum eousque nunc profecerit militaris impunita licentia et sub Regis nomine, licet contra eius voluntatem, quevis audeant et sibi vendicent, equo istud animo subeundum est donec Deus Regi dederit successus meliores. Spero enim quod aliquando cogatur is qui abstu-

lit, si non restituere, saltem exsolvere iustum ablata suppellectilis precium. Et, ne sibi de impunitate blandiatur qui abstulit, statui illi duriores scribere literas et iniquitatis sue facere memorem. Non debet vero ea militaris violentia sic conturbare animos vestros ut a migratione ad Distensem civitatem retrahat, sed potius ad eo commigrandum exstimulare, cum non ignoretis eam esse Regis vel voluntatem, et Regie voluntati non obsequendo, vos daturus militi occasionem diripiendi licentius que forte remanserunt. Accedit quod etiam ibi vobis maior commoditas erit vivendi monastice et secundum professam vocationem et Regulam, et ipsis bonis vestris eritis viciniore; imo totius conventus presentia militum cohibebit petulantiam et impunitatem, ne plus audeant in vestra quam a vobis conceditur. Quare, simul atque per itinerum pericula licebit, cupio ut eo transferatur omnis supellex necessaria; et hoc ipsis administratoribus ut faciant mando.

De habitu quoque Ordinis an eum resumpturi sint conventuales omnes et iisdem cohabitantes pastores circa finem huius mensis cognoscere cupio. Spero enim omnes futuros filios obedientie et vos libenter mihi obtemperaturos tanquam patri, qui paternam pro vobis sollicitudinem gerit.

Deus Optimus Maximus vos omnes servet unanimes in domo Dei et orate pro nobis, qui quotidie vestri memores sumus.

Celeri calamo ex Lovanio anno Domini 1584 28 Augusti.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 52 r^o - 53 r^o.

François van Vlierden à Denis Feyten, Prévôt de Zoetendaal

29 août 1584

Le différend entre Feyten et Andries s'était envenimé; celui entre les deux Vicaires, Vlierden et Luc, aussi. Vlierden avait fait de son mieux pour faire entériner par le gouverneur-général les fonctions d'administrateur, confiées à Feyten. Luc, de son côté, avait fait approuver une nouvelle fois sa nomination d'administrateur en chef de l'abbaye de Saint-Michel; puis, il avait délégué Andries comme son remplaçant. De part et d'autre, la Cour avait acquiescé...

Vlierden s'en plaint et il se plaint aussi de l'Abbé-Général, Despruets. De toute façon, Feyten doit continuer à se faire respecter comme administrateur. Vlierden se charge de s'expliquer avec le prélat Luc. Il défendra à Andries, sous la peine d'excommunication, de s'occuper de l'administration. Ensuite, Feyten doit s'adresser à la Cour pour faire examiner ses livres par des commissaires officiels: de la sorte, on verra en haut lieu qu'un administrateur est

dûment constitué. Quant aux autres points de controverse entre Andries et lui, il vaut mieux de ne point en parler en ce moment.

Salutem plurimam in Christo Jesu, venerande Domine Preposite, Spero Vestram Fraternitatem nostras accepisse literas, una cum litteris ad fratrem Emericum et litteris (quas manutenentias vocant) a Cancellaria obentis, et quibus in administratione tua continuaris et omnes tibi solvere coguntur. Nos quoque vestras accepimus plenas iustis querelis contra Emericum, una cum copijs commissionis Abbatis Bone Spei ac eiusdem libelli supplicis Sue Celsitudini exhibiti. Et, ut de commissione Abbati Bone Spei data aliquid scribam, nescio (si ea subreptitia non sit) utrum prius mirari debeam in summam Reverendissimi Patris nostri Premonstratensis in committendo oblivionem vel certe levitatem, cum nemo sane mentis soleat unum idemque negotium hodie committere uni et post duodecim vel tredecim dies alteri. Verum, ego plane eam vel subreptitiam puto aut nostram commissionem, que posterior est, intelligendam esse cum cassatione prioris, que Reverendo Domino Bone Spei data est : ut in ea nullo modo Emericus suffragari possit aut debeat. Quare bene faciet Fraternitas Vestra utendo literis manutenentijs et eisdem insistendo, sicuti cum Reverendissimo Domino Middelburgensi et Domino Batsonio conclusimus. Verum, hoc tibi agendum est sedulo, ne ipse similes apud Cancellariam Traiectensem obtineat, et significandum alicui dominorum Vestre Fraternitati tales literas hic concessas esse. Ego de omnibus fuse et late scribam Reverendo Domino Bone Spei ; et, nisi mihi cesserit et suam commissionem Emerico datam revocaverit, curabo omnem ipsius Domini Bone Spei commissionem et potestatem cassari et annullari per Reverendissimum Dominum Premonstratensem, eo quod in omnibus excedat limites concessæ sibi potestatis et abutatur potestate in proprium commodum. Cuperem supplicationem Sue Excellentie a Reverendo Domino Bone Spei exhibitam in gallica lingua transmitti, sicuti ea erat quando porrigebatur. Emerico has tradas aut mitti curabis, quibus eum admoneo peremptorie sub pena excommunicationis ut a suscepto desistat procuratoris vel oeconomi officio, et ostendo quam male faciat contra proprij monasterij commodum et utilitatem subserviando alteri abbati. Ut eum hic vocem, cum pericula itinerum sint valde magna, non videtur consultum ; ne, si capi eum contingeret, ego ipsius apprehensionis dicar auctor. Verum, nisi meis monitis et preceptis acquiescat, eum per alios spirituales et seculares officarios bene cohibebo. Meo et aliorum iudicio bene faceret Vestra Fraternitas libellum supplicem porrigendo Sue Celsitudini pro habendis commissarijs, qui computum administrationis tue audiant ; nam sic Sue Celsitudini ipsi innotesceres et confunderentur illi, qui nullum esse administratorem S. Michaelis Sue Celsitudini mendaciter attulerunt. Ego in negotio si placeat libenter partes vestras iuvabo.

Reliqua omnia inter Vestram Fraternitatem et Emericum con-

troversa differenda puto donec coram agere licebit. Nam literis ea discidenda non sunt et multum mihi videbor assecutus si deinceps administrationem Vestre Fraternitati concreditam non turbet et eiusdem famam restituat integram.

Vale, venerande Domine Preposite, et nos Deus animo reiungat, qui loco separamur.

Celeri calamo ex Lovanio, anno 1584 29 Augusti.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 53 r^o - 54 r^o.

François van Vlierden au Président Pamele

30 août 1584

L'abbaye d'Averbode est devenue extrêmement pauvre. Il n'y a pas lieu d'envoyer son dossier en Espagne afin de charger le Roi en personne d'y nommer un nouvel abbé. Vlierden supplie Pamele de faire en sorte que cette nomination puisse être faite ici même, par le gouverneur-général.

Pamelio.

Salutem plurimam, Ornatissime Domine Presidens,

Vacantis monasterij Averbodiensis communis causa et necessitas cogit ut Dignitatem Vestram, gravioribus ac varijs occupatam negotijs, meis literis interpellem.

Fuit enim illud monasterium aliquando opulentum et dives, et nunc ad eam devenit extremam paupertatem ut fratres cogantur fundos, census, redditus vel vendere vel oppignorare, quo presentibus suis necessitatibus consulant. Est enim ipsa structura monasterij in multis suis partibus plane ruinosa ; supellex omnis inde per milites ablata est ; ville complures exuste ; silve amputate ; et agri omnes inculti, ut vere miseri et pauperes iam fratres commiseratione dominorum indigeant, et non debeat monasterium, sicut aliquando, inter ditiora vel que maioris taxe sunt et quorum provisio ex Hispanijs exspectari solet, estimari. Quare, si qua bona et licita ratione fieri posset ne eiusdem monasterij vacantis electionis negotium in Hispanijs mitteretur, ut a Vestra Dignitate impediatur enixe rogo : nam esset hoc magnorum sumptuum, quos exsolvere non possent, et longam quoque requireret moram, que toti familie noxia esset et damnosa. Nam presens familie status exigit ut quam citissime eidem provideatur.

Deus Optimus Maximus labores pro isto monasterio susceptos et omnem operam exhibitam et exhibendam abunde in eternum remunerabit, et me una cum Averbodiensibus habebit Dignitas Vestra multum obnoxios.

Deus Optimus Maximus Dignitatem Vestram diu patrie servet incolumem.

Raptim ex Lovanio, 1584 30 Augusti.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 54 v^o - 55 r^o.

François van Vlierden à l'évêque de Tournai, Morillon

30 août 1584

La nomination du nouvel abbé d'Averbode doit être faite, paraît-il, par le Roi en personne. Vlierden le regrette. Il avait espéré que cette nomination aurait pu être faite par le gouverneur-général. Il invite Morillon à faire encore tout son possible pour obtenir cela.

Une deuxième fois, Leefdael est désigné comme intrus et chargé de tous les péchés d'Israël. Décidément, Vlierden est devenu parfaitement conformiste.

Morlionio.

Salutem plurimam in Christo Jesu, Reverendissime Dignissime-que Domine Presul,

Significarunt nobis Averbodienses confratres a Sua Maiestate ex Hispanijs exspectandam esse iuditio dominorum de Consilio prelati Averbodiensis nominationem, cum tamen is sit monasterij status, ut non inter ditiora vel que maioris taxe sunt existimari debeat. Ad magnam enim devenerunt paupertatem, partim malo regimine pre-tensi abbatis Leefdael, partim iniuria et malitia temporum, ut cogantur bona monasterij divendere et oppignorare, quo suis consulant necessitatibus (quantumvis tempore Leefdael multa vendiderint). Et, si iam a Sue Maiestatis persona dependet monasterij illius provisio, erit ea sollicitatio magnorum sumptuum (quos exsolvere difficulter poterunt) et longioris quoque more, que fratribus noxia erit. Nam, que ex diuturnioribus vacationibus monasteriorum soleant tam in spiritualibus quam temporalibus emergere detrimenta, Vestra Reverenda Paternitas non ignorat. Quare, si autoritate Vestre Reverende Paternitatis, sine preiuditio ullo Sue Maiestatis fieri posset ne in Hispanijs mittatur electionis negotium, sed in hac patria a Sua Celsitudine expediatur, rem indubie faceret Reverenda Vestra Paternitas Deo gratissimam, monasterio Averbodiensi utilem, et officium quoque Reverende Paternitatis Vestre libenter omnes recognoscerent. Si quavis re opera nostra Reverenda Paternitas Vestra indigeat, ut eam requirat rogo. Nam nihil sic dolore animum afficit quam quod nequeam animi gratitudinem facto declarare.

His paucis Deo Optimo Maximo Vestram Reverendam Paternitatem commendans, oro ut eandem dignetur diu ecclesie sponse sue servare incolumem, et me cum grege commisso Vestre gratie cupio

quam humillime commendatum. Deus Optimus Maximus novit nos pro Vestre Reverentie salute eterna quotidie sollicitos esse.

Raptim ex Lovanio, anno 1584 30 Augusti.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 54 r^o et v^o.

François van Vlierden à Arnould vander Heyden, Prieur d'Averbode

30 août 1584

Il a appris avec regret que la nomination d'un nouveau prélat à Averbode semble devoir être faite par le Roi en personne. Il s'est déjà adressé à Morillon et au Président Pamele afin d'obtenir que la nomination puisse être faite ici par le gouverneur-général. Le couvent d'Averbode ferait bien d'appuyer ces lettres par une requête, exposant le fâcheux état de leur maison. Si toutefois le dossier doit être envoyé en Espagne, il faut en prendre son parti. En Espagne, l'affaire pourrait être mise aux mains du conseiller Fonck. Il faudra de l'argent et un solliciteur dévoué et habile. Vlierden signale que son parent, Balthasar van Vlierden, va se rendre bientôt en Espagne, si toutefois il n'a pas encore commencé son voyage. Au demeurant, il communique son adresse à Tournai, où on pourra le trouver peut-être encore.

Vlierden se réjouit du retour de Jean Godefridi, le prévôt du monastère de Keizerbos. Le drap blanc est acheté pour remettre à chacun un habit régulier. Le Prieur doit faire en sorte que tous les religieux reprennent aussitôt et effectivement l'habit blanc de leur Ordre.

Priori Averbodiensi.

Salutem plurimam, Domine Prior.

Dum literas Vestre Fraternitati dandas paraveram, accepi vestras; quibus inter cetera significas negotium vestrum in Hispanijs mitti debere; quod nonnihil animum meum turbavit ac contristavit, quia cuperem vobis quam citissime de Abbate provisum esse. Si autem eo primum mittendum est, hoc magnorum erit sumptuum et longioris more. Quare, actori vestro iudico scribendum ut secundo accedat Dominum Presidentem Pamelium et libellum supplicem ei vel toti Consilio porrigat, quo ex parte conventus vestri exponat miseriam et paupertatem et necessitatem domus ac supplicet ut, si fieri possit citra Sue Maiestatis preiudicium aut offensionem, hoc agere dignetur, quatenus per Suam Celsitudinem ex Regis nomine denominetur vobis abbas. Non enim iam monasterium vestrum inter ditiora vel maioris taxe numerari debet, quod iam ad extremam venit

paupertatem et necessitatem. Scripsi ego in favorem vestrum literas consimiles ad Dominum Reverendissimum Tornacensem et Dominum Pamelium Presidentem, quibus spero pondus tribuet. Sed tamen expedire puto ut libellus supplex ex parte vestra adiungatur. Et, si post omnem motum lapidem persistent ac iudicent negotium transmitti debere in Hispanias, mittatur cum primo cursore et a Domino Pamelio et alijs litere impetrentur ad Dominum Funckium, qui in Hispanijs negotiorum huius patrie apud Suam Maiestatem est actor ; et ijs rogetur Dominus Funckius ut negotium vestrum dignetur habere commendatum ac celerem procurare expeditionem. Non esset quoque inconsultum per libellum supplicem eidem significare domus et familie vestre communem ruinam et miseriam et necessitatem, quo sic liberi evadatis ab omni assignatione pensionis. Esset bonum in Hispanijs aliquem habere familiarem et notum, qui negotium vestrum prosequeretur et dominos sollicitaret. Erit et ibi opus, timeo, aliqua bona summa pecunie, que per literas cambij poterit transmitti ; quia, sicuti mos hic, sic nec ibi aliquid gratis conceditur. Inquirat actor vester Tornaci de cognato meo Balthazaro Vlierden, qui si non est profectus in Hispanias, proximo hoc mense proficiscetur et habitat ibi « Au logis de Monsieur Quarrhée, grand vicaire de nostre Dame a la rue des Chanoines ». Doleo D. Assionvillium non esse presentem. Ille enim plus in illo negotio posset quam plures alij, et facile impediret ne in Hispanijs mitteretur maxime si gratitudinem aliquam expiraretur.

Gaudeo enim prepositum redijsse et pannum pro confratribus emptum. Hoc age ut omnes cito albis induantur.

Deus vos in pace conservet et orate pro nobis. Literas priores cupio fratribus legi.

Vale, Domine Prior.

Raptim ex Lovanio, anno 1584 30 Augusti.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 55 r^o - 56 r^o.

François van Vlierden à Jean Luc, Prélat de Bonne-Espérance

31 août 1584

Vlierden a pris connaissance des différents documents, par lesquels Luc veut démontrer la légitimité de ses pouvoirs de Vicaire. Vlierden ne conteste pas cette légitimité. Il fait observer toutefois que Denis Feyten était administrateur des biens de Saint-Michel dès avant le jour où Luc s'est adressé à Farnèse afin d'être nommé administrateur. Il fait observer ensuite que l'acte, par lequel le Général Despruets l'a nommé, lui Vlierden, en qualité de Vicaire, est postérieur à tous les documents produits par Luc. De toute façon, Vlierden détient donc l'autorité reconnue en dernier lieu. Ainsi donc,

Luc ne peut revendiquer aucun droit vis-à-vis de l'abbaye de Saint-Michel. Qu'il laisse le véritable administrateur de celle-ci, Denis Feyten, exercer paisiblement ses fonctions.

Salutem plurimam in Christo Jesu, Reverende Domine Prelate et Confrater.

Accepimus his diebus documenta quedam cuiusdam commissionis, quam a Reverendissimo Domino Generali et Sua Celsitudine Vestra Reverentia quidem accepisse asseruit.

Et in primis copia mihi exhibita est epistole Reverendissimi Domini Premonstratensis ad Vestram Reverentiam, scripte anno 1583 13 Decembris, qua committit curam monasteriorum Sancti Michaelis, Grimbergensis, Diligemiensis, Leliendael, Ninoviensis, Tusschenbeek et aliorum ; deinde rogat, ut agere velit Reverentia Vestra apud Suam Celsitudinem quatenus omnibus illis supradictis monasterijs provideatur de superioribus religiosis nostri Ordinis. Et sub finem promittit sese missurum in forma probantis plenam de omnibus commissionem.

Secundo copiam libelli supplicis, quem Vestra Reverentia porrexisse fertur Sue Celsitudini anno 84 16 Februarij pro habenda administratione bonorum monasterij Sancti Michaelis, quo sic et ipsis religiosis et sui monasterij consulat commodis et necessitatibus ; et hoc in recompensam damnorum, que hoc belli elapsi tempore monasterium Bone Spei sustinuit. Et in eo, contra apertam veritatem, allegatur (nescia forte Reverentia Vestra) non esse aliquem cui administratio bonorum monasterij Sancti Michaelis concredita esset : cum tamen ipsa Sua Celsitudo religiosum quendam dicti monasterij, Dionisium a Feyten prepositum in Zuetendael, ante annos iam tres constituisset in plena bonorum eiusdem monasterij administratione. Qui etiam obtinuit a Reverendo Domino Floreffensi ¹⁰⁸⁾, Vicario Reverendissimi Domini Premonstratensis, plenam in spiritualibus potestatem ; ut nonnisi male memor ipsa Sua Celsitudo antecollate administrationis, acquieverit Reverentie Vestre postulationibus. Preterea, in eodem libello supplici asseritur, contra veritatem, Vestram Reverentiam alere complures religiosos monasterij Sancti Michaelis, cum non putem Vestram Reverentiam habuisse aliquem religiosum in suo convictu preter forte fratrem Emerecum Andree ad unum vel duos menses.

Tertio, inter alia documenta prefata Reverentie Vestre oblata est copia commissionis, quam a Reverendissimo Domino Premonstratensi accepit anno scilicet 84 27 Martij, post obtentam a Sua Celsitudine monasterij Sancti Michaelis administrationem, qua certe commissione accepit Reverentia Vestra facultatem et potestatem visitandi et reformandi omnia monasteria nostri Ordinis per Hannoniam, Frisiam, Flandriam, Brabantiam, Hollandiam, Zeelandiam et Namur-

¹⁰⁸⁾ Le prélat Gilles Daischelet.

cum ; et committitur preterea ut de victu et vestitu omnibus provideat, et confirmatio vel infirmatio conceditur omnium alienationum vel locationum sine ulla administratione bonorum monasterij Sancti Michaelis in proprium abbacie sue commodum, quam prius a Sua Celsitudine cum abbacie Sancti Michaelis preiuditio non minimo obtinuit.

Ista sunt, Reverendo Domine, que non immerito turbant animum nostrum et dissensionis inter fratres monasterij Sancti Michaelis prebent fomenta. Nam, cum ego posteriorem a Reverendissimo Domino Premonstratensi et Generali Capitulo sub eiusdem sigillo acceperim commissionem (qua anterior omnis commissio cassari censenda est) visitandi ac reformandi omnia monasteria nostri Ordinis per circarias Brabantie et Frisie, et vigore commissionis nostre renovaverim Dionisio omnem in spiritualibus potestatem, qui usque sub initium Maij fuerat in sola administratione temporali bonorum monasterij Sancti Michaelis pacificus ; Vestra Reverentia econtrario fratrem Emmericum Andree administrationi sue mittit subservientem procuratorem, qui hunc Dionisium cum multorum scandalo et magno monasterij Sancti Michaelis interesse et damno in sua pacifica administratione quam ante annos tres a Sua Celsitudine obtinuit turbet, ita ut coactus sit dictus Dionisius a Consilio Sue Maiestatis in Brabantia sue administrationis accipere manutenentiam nam alias neutri a colonis vel arrendatoribus solutum fuisset.

Quare, cum videat Reverentia Vestra ex ipsa authentica copia commissionis quam mitto eam posteriorem esse Reverentie Vestre commissione, et per consequens eo ipso commissionem eiusdem vel vicariatum quoad reformationem vel visitationem monasteriorum nostri Ordinis per circarias Brabantie et Frisie cassatam et annullatam et irritam esse : dignabitur ipsa Reverentia Vestra omnem facultatem et potestatem recipiendi bona et emolumenta monasterij Sancti Michaelis datam Emerico, si quam dederit, revocare et eidem significare sese non velle ut pacificam hactenus Domini Dionisij administrationem turbet aut impediat, quo sic nulla inter nos animorum divisio oriatur aut turpis contentio, qui ad commune debemus laborare Ordinis bonum.

Deus Optimus Maximus nos in seipso animo coniungat et Vestram Reverentiam dignetur diu ecclesie sue servare incolumem.

Celeri calamo ex Lovanio anno 1584 31 Augusti.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 56 r° - 57 r°.

Le Président Pamele au Conseiller Richardot

15 septembre 1584

Pamele a terminé l'examen du dossier de la nomination abbatiale à Averbode. Puis, après avoir parlé du dossier de l'abbaye

de Spermaïlles et du bailliage du grand tonlieu de Bruges, il examine longuement le dossier de l'élection abbatiale pour l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers.

Sous la présidence de Jean Stryen, évêque de Middelbourg, et du conseiller Batzon, une information avait été tenue, en effet, afin de savoir lequel des religieux de l'abbaye emporterait la majorité des suffrages. Cette information avait été particulièrement laborieuse : elle avait duré du 20 avril 1582 au 15 avril 1583. Emeri Andries avait remporté 5 premières voix ; Feyten en avait 3. Parmi ces trois voix, une au moins, sinon deux, avaient été données par des personnes, ne possédant point le droit de vote. Néanmoins, Stryen et Batzon avaient proposé au gouvernement-général de faire la nomination abbatiale en faveur de Feyten. Pamele se range à cet étrange avis.

Enfin, il donne ses impressions concernant un vice de forme dans certaine lettre officielle. Ces impressions sont intéressantes. Elles sont d'ailleurs d'une réelle importance pour la question longuement débattue du droit de nomination que le Roi prétendait posséder aux dignités abbatiales en Brabant.

Monsieur,

Je vous ay piecha renvoye le besongné pour l'abbaye de Everbode avecq mon advis et ce par le solliciteur propre.

... (concernant Spermaïlles et le bailliage de Bruges).

Monsieur d'Assonville partant dicij me laisse en main le besongné de levesque de Middelbourg et le conseiller Batzon pour l'abbaye de Saint Michiel, se doubtant aulcunement sy Son Alteze y avoit disposé comme aussy je faictz. Bien me souvient il que, comme parci devant il mavoit communiqué que ledict besongné apres l'avoir visité je luy dis que le plus seur me sembloit densuivre ladvis des Commissaires preferant frere Dionisius Feyten pour lesdictes raisons y alleguees. Sur quoy il replicqua qu'il y avoit quelques remonstrances contre luy et que lon luy avoit relate que l'Evesque de Middelbourg ladvanchoit par faveur ; et tiens que ce sera la remonstrance avecq les pieces jointes en preiudice dudict Feyten ; lesquelles par moy bien examinees, me semble quil ny a chose sy pregnante ; que, pour luy empescher sa promotion, on luy obiecte quil auroit mesmes confesse que par sa provision de sa Prevoste de Zoetendale en Walcheren il estoit separe de sa maison de Saint Michiel et que partant il ne debvroit avoir voix. Mais, puis quil est profes de la mesme maison et quil ne poeult joyr de sa prevoste, la raison veult quil soit recue et recueilly en ladicte maison comme enfant dicelle, ayant comme tel aussy este commis a ladministration. Et ne sest le surplus grandement a ce

propos pour linformation depuis tenue, en laquelle ledict Feyten a aussy este oy et denomme trois personnes comme les aultres religieux. Bien est vray que frere Emmericq, pasteur de Mera, a eu plus de voix pro primo, a scavoir en nombre de cinq ; mais les trois sont des trois religieux demeurez en Anvers, rapportez seulement par leur lettre ¹⁰⁹⁾. Et certes que ledict pasteur de Mera auroit eu si peu de zele a la Religion et discipline monasticque qu'il na porte de long temps son habit, et que plus tost il se seroit retire a Couloigne que es provinces reconciliees ¹¹⁰⁾, y joint la note dont le charge ledict Feyten par sa deposition ¹¹¹⁾, (quamvis profecta a corrivali), me fait plus incliner a celuy que l'on auroit trouve capable pour ladministration, ayant aussy trois voix pour premier et aultres pour le second ¹¹²⁾, sans estre note de quelque chose fors qu'ils seroit capiteux et soudain et qu'il ne seroit agreable aux religieux, comme porte ladice remonstrance ; dont le contraire appert par les suffrages mesmes desdicts trois demeures en Anvers, quy sont aussy denommez en la liste et requeste jointz a icelle ¹¹³⁾.

Et neantmoins, pour tout bien peser, vous ay bien voulu toucher que je trouve assez estrange que la plus grand part de linformation est faite en labsence dudict Batzon, ung des Commissaires, ita ut dubitari possit an valida sit. Et sa convocation semble estre faite pour faire election canonique, sy conformant aussy tout le besoigné : ce qui pourroit cy apres tourner en preiudice du droict de la nomination de sa Maiesté, laquelle se fait non sur election ains sur information et scrutine, se faisant apres lelection de la personne denommee en conformite des lettres patentes de nomination. Mais, comme ces informations ne sont indicielles ains seulement pour linstruction de son Alteze, semble que les informations receues par ung personnaige de qualité sicomme ung evesque avecq son secretaire peuvent suffire. Et, quant a lelection, je tiens que cest locution abusive. Mais comme je treuve tel erreur devenir fort commun desorte que tous religieux tiennent leur deposition pour election, semble que es lettes et commissions que lon donne, le formulaire doibt estre tel que le decret de Sa Maiesté soit cler sans donner occasion a semblables pretensions et abusives elections. Ce

¹⁰⁹⁾ Trois religieux, habitant toujours à Anvers, la ville rebelle, avaient en effet présenté leur suffrage par écrit. Ces trois religieux étaient : Paul van Meer, Adrien van Schoonhoven et Edouard Clissis.

¹¹⁰⁾ Pendant quelque temps, Andries avait séjourné à Cologne, ville neutre. De nombreux réfugiés catholiques avaient fait de même. Après la prise de Breda, Andries avait quitté Cologne pour s'installer dans la ville reconciliée de Breda.

¹¹¹⁾ Dans sa déposition devant Stryen et Batzon, Feyten avait commenté fort méchamment le fait qu'Andries s'était retiré à Cologne.

¹¹²⁾ Feyten avait remporté trois premières et cinq deuxièmees voix.

¹¹³⁾ Paul van Meer, Schoonhoven et Clissis, tout en donnant leur première voix à Andries, avaient donné leur deuxième voix à Feyten.

que vous ay bien voulu advertir pour mon advis, affin de vous en servir si riens encoires ne soit ordinne.

Il fust este bon que les commissaires eussent recouvert la precedente provision, pour scavoir sy ladicte abbaye est de reserves ; mais j'espere que de ce pourrez estre informe en Court.

A tant, Monsieur, me recommandant a vostre bonne grace, je prie le Createur vous garder en la sienne.

De Tournay, ce xve de Septembre 1584.

A monsieur Monsieur Richardot, President d'Arthois et Conseillier dans les Consaulx d'Estat et Prive, au Camp.

Minute originale, écrite par Pamele.

Archives Générales du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 910, fol. 322 r^o - 323 r^o.

Alexandre Farnèse au Roi Philippe II

15 septembre 1584

En ce que concerne la nomination d'un nouveau prélat à l'abbaye d'Averbode, Farnèse se range à l'avis des commissaires Vlierden et Candriessche. Il propose donc la nomination du Prieur, Arnould vander Heyden, bien que celui-ci n'ait point remporté le plus grand nombre des suffrages.

Sire,

Vostre Maïeste verra par le besoigné cy joint des commissaires, que je députai ces jours passez pour prendre information de l'abbaye d'Everbode, les personnaiges qu'ilz y ont trouvé propres et idoines pour estre surroguez en la dignité d'icelle, dont ilz m'en nomment trois. Et, combien qu'a ce qu'ilz refèrent il y en ait l'ung, nommé frère Jehan Godefridi de Corssel, estant Prevost de Keyserbossch, quy précède les deux aultres tant en aïge qu'en nombre de voiz et aultres qualitez dont les mesmes commissaires le louent, sy est ce que pour les mesmes raisons qu'ilz alleguent je ne puis sinon m'arrester à l'opinion et advis qu'ilz en donnent, attendu comme tesmoingz de veue en peuvent juger beaucoup plus asseurement que moy. Cause que je ne m'eslargiray davantaige en cestes, ains remectant le tout à la trespourveue et royalle discrétion de Vostre Maïesté, j'acheveray, baisant, comme je faiz, treshumblement les mains d'icelle. Et priant le Createur qu'il luy doinct, Sire, en parfaicte santé tresheureuse et longue vie.

De Bevere, le xv de Septembre 1584.

Minute.

Archives Générales du Royaume à Bruxelles, Audience, reg. 911, fol. 186 r^o.

François van Vlierden à Jean Godefridi, Prévôt de Keizerbos

17 septembre 1584

Les religieux d'Averbode auraient dû reprendre leur habit blanc avant la fin d'août. Vlierden enjoint à Godefridi d'envoyer aussitôt au couvent le drap blanc, déjà acheté. Avant la fin du mois de septembre, ils doivent tous porter leur habit.

Il fera transporter immédiatement les ustensiles au refuge de la ville de Diest. La vie conventuelle doit commencer dans cette ville et tous les religieux conventuels doivent y établir leur demeure.

A tout moment, l'un des administrateurs devra être présent au couvent à Diest. Toutes les dépenses doivent être faites par la seule caisse commune.

Preposito in Keiserbosch.

Salutem plurimam, venerande Domine Preposite.

Scit Vestra Fraternitas quam dedecet religiosos in civitate catholica morantes laico prorsus ac seculari vestiri habitu ; et quam hoc sit contra sacros canones, qui inhihent sub pena excommunicationis ne quis temere habitum sui Ordinis deponat ; et tertio, quam mihi hoc displiceat. Quae Vestram Fraternitatem oramus et moneamus in Domino, quatenus pannum iam emptum Priori et conventui quam citissime mitti cures, quo ante finem Septembris albis omnes induantur quos ante finem Augusti volui albis vestitos.

Preterea, quia contra commune monasterij vestri bonum est plures separatas instituere familias, hortamur Vestram Fraternitatem in Domino ut ilico curet omnem necessariam supellectilem transmitti ad civitatem Distensem, et hoc agere ut totus conventus eo commigret.

Et, quia conventui semper est aliqua pecunia necessaria, cupio ut semper aliquis administratorum adsit conventui, qui de necessarijs ex communi erario provideat.

De ceteris negotijs domus vestre scripsi Priori, qui literas nostras Vestre Fraternitati communicabit. Si que necessitates vel difficultates emergant, scribat libere Vestra Fraternitas ; nam, donec vobis de patre provideatur, paternum libenter exhibebo conventui vestro officium.

Deus Optimus Maximus Vestram Fraternitatem diu ecclesie servet incolumen et omnes fratres in unitate spiritus coniunctos.

Raptim Lovanij anno 1584 17 Septembris.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 59 v^o.

François van Vlierden à Arnould vander Heyden, Prieur d'Averbode

17 septembre 1584

Il lui envoie l'approbation d'une vente de biens et lui donne des ordres concernant l'emploi de l'argent.

Les négociations pour la nomination d'un nouveau prélat traînent en longueur. L'agent de l'abbaye doit être plus débrouillard. Il doit prendre un exemple à l'agent de l'abbaye de Heilisssem, qui a vaincu tous les obstacles lors de la nomination du prélat Lovius.

Vlierden sait que Lindanus, évêque de Ruremonde, va bientôt partir pour Rome. A son avis, vander Heyden a tort de craindre que Lindanus y veuille entreprendre n'importe quoi contre l'abbaye d'Averbode. L'évêque de Ruremonde est fort pauvre ; ses biens sont envahis par les rebelles ; il a, voici quelques ans, demandé de recevoir les revenus de la dîme de Roosteren, appartenant à Averbode. Actuellement, il n'est pourtant pas à craindre à ce point. Entretemps, Vlierden y veillera.

Par lettre spéciale, Vlierden s'adresse à Godefridi, prévôt de Keizerbosch et co-administrateur des biens d'Averbode.

Priori Averbodiensium.

Salutem plurimam, Venerande Domine Prior.

Literas conventionis de venditione redditus ad vestram instantiam subsignatas remittimus, et habemus eam venditionem ratam. Sed hoc cupimus, imo precipimus, ut pecunia recipienda ponatur in communi erario sive cista, ne per manus quorundam, qui eam forte minus frugaliter expenderent, diffluat ; sed subserviat presenti vestre necessitati sublevande.

Ut certo cognoscat sollicitator vester an negotium sit mittendum in Hispanias, curavi scribi a quodam meo amico ad ipsum secretarium Grimaldi, qui ad instantiam huius amici de omnibus libenter informabit sollicitatorem vestrum ; et, si non satis, ipse sollicitator in rogandum ex nomine conventus ad Suam Excellentiam accedere velit et supplicare quatenus facultatem concedat negotium vestrum hic expediendi. Qui in Aula sollicitat, opportune et importune debet hoc ipsum agere si obtinere cupiat ; et debet preterea notus esse (nam ignotus facile repellitur) ; et tertio necessum est ut gratitudine aliqua studeat animos quorundam sibi demereri. Similes per omnia difficultates in negotio provisionis Reverendi Domini Abbatis Heelsmensis movebantur ; verum sollicitator ipsius quadam dexteritate agendi et devovendi sibi quorundam animos, omnem difficultatem evasit.

Rueremondensem scio profectum aut brevi profecturum ad Ur-

bem. Non puto quod ob eam causam, quam Vestra Fraternitas suspicatur. Habet enim ipse sufficientem provisionem et competentiam sibi assignatam, ut ex vestro monasterio eam expectare non debeat. Verum, quod competentia illi assignata male solvitur, cuperet autoritate Sue Sanctitatis fieri ut melius solveretur, et eam ob causam accedit et proficiscitur ad Urbem. Si tamen certi aliquid haberet Fraternitas Vestra de rumore isto, qui vos turbat, cuperem id cognoscere; nam sperarem quod unicis literis omnem ipsius conatum apud Suam Sanctitatem impedirem.

Scripsi Domino Preposito de albis vestibus, de pecunia et de migrando ad Distensem civitatem.

Deus pacis et dilectionis conservet Vestram Fraternitatem ecclesie sue et omnes confratres in unitate custodiat.

Raptim Lovanii 17 Septembris anni 1584.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 59 r^o et v^o.

François van Vlierden à Henri van Dunghen, chanoine d'Anvers
15 septembre 1584

Ami d'études de Vlierden, le chanoine van Dunghen avait félicité celui-ci lors de sa promotion au siège abbatial de Parc. Puis, il lui avait fait parvenir un chaleureux témoignage en faveur d'Emeri Andries. Vlierden l'accepte volontiers. Il invite cependant le chanoine à vouloir engager Andries à ne pas se poser plus longtemps en rival de l'administrateur Feyten.

Vlierden termine en communiquant à son correspondant quelques nouvelles concernant l'offensive de Farnèse.

Henrico Dunghen, Canonico Antverpiensi.

Salutem plurimam, Domine Canonice et amice ex animo.

Quod binis literis assumpto in abbatem sis congratulatus, proprio animi affectu gratias ago, quantumvis mihi magis condolendum putem quam congratulandum, cum iam onere premar, sollicitudinis et negotiorum varietate distrahar, qui prius gaudebam spiritus libertate. Quare, cum magnum presidium in bonorum amicorum precibus situm sit, ne imposito ex Dei voluntate oneri (cui me imparem libenter profiteor) succumbar, ex Vestre Reverentie precibus humiliter iuvare exposco.

Dominum Emericum, a multis mihi commendatum, a Vestra quoque Reverentia mihi commendari gaudeo, eo quod illam pre multis alijs noverim melius. Sed doleo eundem Emericum, sede iam vacante, de facto turbare pacificam Domini Dionisij a Feyten administrationem, qui a Sua Celsitudine ante annos tres vel quatuor abbacie Sancti Michaelis constitutus est administrator. Non enim est

in rem abbacie ut tempore interregni (ut ita loquar) oriantur inter fratres unius monasterij emulationes et contentiones, nec multum personam Domini Emerici commendat, quod omnis dissentionis habeatur author. Quare, si bona aliqua ratione Vestra Reverentia Dominum Emericum inducere potest ut a ceptis dissentionum seminarijs desistat, et ipsius consulet honori et abbacie Sancti Michaelis utilitati.

Vilvordia brevi a nostris occupata est. Antverpia undique cingitur et ad angustias redigitur. Cum Gandensibus quoque putatur transactum esse vel brevi transigendum, eo quod supplices venerunt et pro misericordia rogarunt.

Si qua in re Vestra Reverentia opera nostra indigebit, eam ut libere petat rogo; nam memor amicitie pristinae non possum nec volo quicquam Vestre Reverentie denegare.

His paucis Deo Optimo Maximo Vestram Reverentiam commendans, oro ut eandem diu ecclesie sue dignetur servare incolumem.

Ex Lovanio celeri calamo anno Domini 1584 15 Septembris.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 58 r^o et v^o.

François van Vlierden à del Rio

30 septembre 1584

Il lui accuse bonne réception de sa lettre, remise par le notaire Bachusius, par laquelle del Rio promet de s'occuper de la nomination abbatiale à Saint-Michel d'Anvers.

Il lui recommande aussi celle d'Averbode. Le solliciteur de cette abbaye a perdu son temps à Tournai. Le Conseiller Richardot l'a renvoyé, tout en promettant de s'occuper lui-même de l'affaire. Vlierden supplie del Rio de vouloir s'en charger. En temps opportun, on lui payera tous les frais. Il peut compter aussi sur des honoraires appropriés.

A Rome, la bulle pontificale, approuvant Vlierden comme prélat de Parc, n'est toujours pas donnée. Vlierden avait pourtant chargé l'un de ses parents, Baptiste Daniels, de emettre une somme de cent couronnes à Lauro du Blioul, l'agent diplomatique des Pays-Bas à Rome, afin de couvrir tous les frais. La somme n'est pas encore arrivée à Rome, paraît-il. Vlierden insistera auprès de l'agent d'affaires, que Daniels possède à Liège.

En terminant, il invite del Rio à lui faire savoir aussitôt si la promotion abbatiale à Saint-Michel et à Averbode doit être faite réellement par le Roi en Espagne.

del Rio.

Salutem plurimam, eruditissime Domine Licenciante.

Exhibuit mihi magister Joannes Bachusius literas Prudentie Vestre, quibus significat sese diligenter curare negotium a nobis commendatum. Quod intelligere gratum fuit. Quare, ut illud ipsum sedulo prosequatur iterato rogo.

Est consimilis sed alterius monasterij Averbodiensis causa, quam duplici ex capite promovere cogor: tum quia unius cum nostra est instituti, tum quia a Sua Celsitudine, una cum Domino Candris consiliario, deputatus fuerim commissarius ad informationem capiendam pro denominatione futuri Abbatis. Et informatio quidem ex omnium religiosorum occultis suffragijs ac sententijs accepta est et ad Consilium secretum transmissa per quendam dictum Joannem Geert, qui etiam ipsorum Averbodiensium commune negotium peragendum susceperat. Verum, cum aliquando diu Tornaci herere cogeretur et non omnino ex voto ipsi succederet, maxime quia quidam asserebant per ipsum Suam Maiestatem denominandum esse abbatem Averbodiensem ac in Hispanijs debere causam mitti; peractis proprijs negotijs (ob que potissimum, ut suspicor, venerat), rebus Averbodiensibus infectis, redijt; et se monitum dicit a Domino Richardoto edes proprias repetere nec necesse esse ut sumptibus monasterij longiorem habeat Tornaci moram, et ipsum Dominum Richardotum ait in se negotia monasterij suscepisse. Verum, cum magnates, qui varijs ac gravioribus detinentur occupationibus, non solent singula diligenter curare, nisi aliquando ab alijs moneantur ac sollicitentur, cupio et rogo Paternitatem Vestram quatenus illa cognoscere dignetur a Domino Pamelio vel a Domino Richardoto quo in statu sit Averbodiense negotium; an necessum erit illud in Hispanias ad Suam Maiestatem mittere. Et, si est necessum, hoc agas velim ut statim mittatur. Si vero non est (quod potius crediderim propter monasterij paupertatem), hoc agat Vestra Prudentia velim ut statim abbas ijs denominetur per Suam Excellentiam. Et, ut breviter dicam, cupio ut ipsum negotium in te suscipias, et apud illos me promitto effecturum ut honorarium honestum Vestre Prudentie exsolvant. De sumptibus alijs nulla quoque erit difficultas; sed simul atque constabit de voluntate Sue Excellentie, mittetur unus qui pro omnibus expensis honeste solvat.

Miror multum cognatum Baptistam non numerasse pecuniam Domino de Bliou, cum per binas literas certior effectus sit de nostra voluntate. Suspicor causam esse quod pecuniam forte ipse in suos usus expenderit; quare ipsius tutori scribam, qui Leodij agit, ut secundo curet ibi numerari centum coronas et prius numeratas de pecunia Baptiste quam habet promptam accipiat.

De utroque monasterio cuperem cognoscere per primum tabellarium an necesse erit eorum provisiones ex Hispania petere.

His paucis Deo Optimo Maximo Prudentiam Vestram commendatam cupio, qui eam diu servet incolumem.

Raptim ex Lovanio, anno Domini 1584 ultima Septembris.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 60 r^o et v^o.

François van Vlierden à Arnould vander Heyden, Prieur d'Averbode

2 octobre 1584

Le solliciteur d'Averbode ayant échoué, Vlierden l'a remplacé par un homme de valeur et de confiance, Jean del Rio.

Le voyage, entrepris à Rome par Lindanus, l'évêque de Ruremonde, ne doit pas inquiéter l'abbaye d'Averbode. Vlierden renouvelle ses assurances à ce sujet.

Il signale un prêt de plusieurs milliers de florins, consenti auparavant par le prélat Heyns au banquier Schets sr. Le Prieur tâchera d'en retrouver les papiers (Sur ce curieux prêt, veuillez consulter mon ouvrage *Arnold van Leeftael, Prelaat van Averbode*, Bruges 1943, p. 158 s.).

Priori Averbodiensi.

Salutem plurimam in Christo, Domine Prior.

Quia postremis literis Vestra Fraternitas significabat sollicitatorem rebus infectis redijsse, et omnino necessarium iudicabam ut aliquis commune negotium prosequeretur ac dominos sollicitaret, qui nihil nisi frequentius moniti peragunt, commendavi communem monasterij vestri causam cuidam domino Joanni del Rio, utriusque Juris Licenciato et mihi amico, qui similem plane causam sollicitat ac prosequitur monasterij nostri Ordinis Sancti Michaelis Antverpiensis. Is curabit ut hic (si qua ratione fieri possit) expediatur; aut, si non possit, statim mittatur ad Suam Maiestatem. Et, quo sedulo ac diligenter se in hoc negotio exhibeat, promisi eidem ex nomine monasterij vestri honorarium incertum, sperans me facturum toti conventui gratum officium.

De Reverendissimo Ruremundensi nullus motus vos subeat vel occupet animos, quia satis certum me esse puto eum nihil apud Suam Sanctitatem obtenturum, etiam si quam maxime sollicitaverit.

Nuper accidit ut colloquium habuerim cum quodam bono Domino et amico qui, cum mentio incideret de varijs abbatijs ac de paupertate monasterij vestri apud eum agerem, aiebat se omnino existimare familiam Schets, vobis quantumvis inscijs, multum obligatam esse, et hoc ratione depositi aliquot millium, quod Reverendus Dominus Egidius, vestri monasterij abbas, apud defunctum Schets deposuerat et illi commiserat asservandum in erario suo quod habebat Aquisgrani. Quare, si nunquam intellexistis de isto deposito, erunt vobis diligenter evertende omnes charte Domini Egidij

et diligenter inspiciende an uspiam syngrapha et obligatio Domini Schets reperiatur. Presenti enim vestre necessitati iam bene serviret, quod aliquando parcitum fuit.

Cuperem cognoscere an habitum Ordinis conventuales reassumpserint et quando de migratione ad Diest conveneritis.

Deus Optimus Maximus Vestram Fraternitatem cum suis in pace custodiat.

Celeri calamo ex Lovanio anni 1584 2a Octobris.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 60 v^o - 61 r^o.

François van Vlierden à son parent, Baptiste Daniëls

2 octobre 1584

Daniëls avait été chargé de négocier à Rome l'approbation pontificale de l'élection de Vlierden comme prélat de Parc. A Rome, Daniëls devait se mettre en relations avec Lauro du Blioul, l'agent diplomatique des Pays-Bas, et lui remettre, s'il le fallait, une somme de cent couronnes pour payer tous les frais. A ce jour, rien n'était fait. L'argent n'était toujours point remis aux mains de du Blioul. Pareille situation pouvait amener les conséquences les plus fâcheuses. Bientôt, le délai légal serait passé, et la Cour de Rome pourrait disposer librement du titre abbatial de Parc.

Vlierden a parfaitement raison de rappeler à l'ordre son parent trop étourdi.

Baptiste Danielis.

Salutem plurimam, Domine cognate Baptista.

Jam tervis puto literis significavi cupere me bullas confirmationis nostre esse expeditas, etiam si centum corone numerande essent. Et ex literis 23 Augusti per dominum Laureum Rome scriptis solutionis defectu easdem nondum expediri intelligo, imo prorsus negligi. Quare, cum mihi ex longiori expectatione et mora posset aliquod evenire incommodum, cupio ut sic agas cum Lauro ut literas ipsas confirmationis ante festum Natalis Domini recipere possim; etiam si centum coronas numeratas habere vellet.

Raptim ex Lovanio anno 1584 2 Octobris.

Oremus pro invicem.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 61 r^o et v^o.

François van Vlierden à Denis Feyten, Prévôt de Zoetendaal

5 octobre 1584

Il accuse bonne réception des documents, concernant les pouvoirs du prélat Luc de Bonne-Espérance. Il s'est déjà mis en relations avec celui-ci.

Les affaires de l'abbaye de Saint-Michel sont prises en mains par del Rio, qui veille aussi sur le bon renom de Feyten à la Cour. Il ne sera donc plus nécessaire que Feyten fasse examiner ses livres d'administrateur par des commissaires officiels de la Cour.

Preposito in Zuetendael.

Salutem plurimam, venerande Domine Confrater.

Fraternitatis Vestre literas, scriptas secunda Octobris, recepi quinta eiusdem mensis, una cum exspectatis copijs commissionis abbatis Bone Spei. Cui quidem abbati iam ante aliquot septimanas fuse et admodum late scripsi et ostendi commissionem nostram ipsius commissioni esse posteriorem, et proinde ipsius esse eo ipso cassatam et annullatam. Et simul etiam declaravi quam male faciat ita leviter sese ingerendo administrationi alterius abbatie. Verum missus nuntius nondum redijt.

Dominus Licenciatus del Rio binis literis significavit sese negotium abbatie vestre habere cordi ac sedulo promovere ac sperare brevi optatum habere finem. Nominis vestri apud omnes magnates in Aula tutatus est honorem, ut nulla ex alterius falsa insimulatione remanserit apud illos macula.

Aliquando ¹¹⁴⁾ consului sollicitare commissarios, qui computum administrationis Vestre Fraternitatis audiant, quo sic Aule magis innotesceres et confunderentur illi, qui nullum esse administratorem abbatie Sancti Michaelis asseruerunt. Verum, quia Vestra Fraternitas satis iam apud omnes innotuit per dominum Licenciatum del Rio, qui sicuti negotia communia monasterij peragit, sic etiam persone vestre defendit honorem et famam: non puto necessarium aliquos commissarios sollicitare, maxime si Emericus ab ulteriori molestatione cesset. Quare prestolabor literas Fraternitatis Vestre secundas, quibus idipsum quod istis iam receptis petas, et tum quam citissime curabo designari commissarios Lovanij; et, simul atque designati fuerint, Vestre Fraternitati significabo, ne frustra Lovanium veniat vel magis expensis cogatur hic longam facere moram.

¹¹⁴⁾ Dans la rédaction primitive, le présent alinéa était remplacé par la phrase suivante, qui fut biffée plus tard: « Quia commissarios etiam iam requiris, qui computum administrationis tue audiant, curabo ut idem cito designentur Lovanij; et, simul atque designati fuerint, significabo ».

Deus Optimus Maximus Vestram Fraternitatem diu custodiat incolumem.

Raptim Lovanij 5 Octobris anno 1584.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 61 v^o - 62 r^o.

François van Vlierden à Jean Godefridi, Prévôt de Keizerbos

14 octobre 1584

Vlierden a appris avec bonheur que l'on prépare les habits blancs pour le couvent d'Averbode et que les ustensiles nécessaires sont expédiés au refuge de l'abbaye à Diest. Il espère que la vie conventuelle y commencera bientôt ; elle fera oublier les misères des jours passés. Aussitôt après l'organisation de la vie conventuelle, Vlierden leur rendra visite à Diest et prendra toutes les dispositions utiles.

Pour ce qui concerne l'administration des biens d'Averbode, Godefridi sera le premier administrateur. Il ne pourra toutefois prendre aucune décision importante sans le consentement du Prieur vander Heyden, du curé de Coursel (le second administrateur) et de Herman Horst.

Depuis quinze jours, del Rio s'occupe de la sollicitation d'un nouveau prélat. Il fera mieux la besogne que le précédent solliciteur.

Le voyage de Lindanus, évêque de Ruremonde, à Rome ne doit pas inquiéter outre mesure les religieux d'Averbode. Lindanus n'obtiendra rien de bien particulier. Mais, pour prévenir toute déconvenue, l'abbaye ferait besogne utile en s'adressant à Rome par une supplique bien rédigée. Il convient de présenter celle-ci au Pape par l'entremise du cardinal Boncompagni, le cardinal-neveu, qui est d'ailleurs aussi le cardinal protecteur des Prémontrés à Rome.

Vlierden signale à Godefridi le prêt de plusieurs milliers de florins que le prélat Gilles Heyns avait concédé auparavant au banquier Schets sr. Il convient d'examiner attentivement les papiers du prélat Heyns afin de pouvoir forcer la famille Schets de restituer cette importante somme d'argent.

Herman Horst remettra à Godefridi tout l'argent comptant, trouvé dans les appartements du prélat van Leeftael après la mort de celui-ci. D'autre part, Mathias Valentyns, curé de Cosen, est

chargé d'administrer les biens de l'abbaye dans le voisinage de la ville de Saint-Trond.

Preposito in Keiserbosch.

Salutem plurimam, Venerande Domine Preposite et in Christo Jesu confrater.

Accepimus Fraternitatis Vestre literas. Ex quibus intelligo habitum Ordinis confratribus coaptari et supellectilem necessariam una cum provisione necessaria transferri vel translata esse ad civitatem Distensem. Et hoc intelligere gratum fuit. Nam ea est vocatio vestra: ut beneficientes obmutescere faciatis imprudentium hominum insipientiam, qui aliquando temere nimis de Deo dicatis religiosis ac sacerdotibus cum ipsorum iniuria loquuntur. Quare omnino hoc omnibus modis fratribus satagendum erit, ut votorum ac voluntarie professionis memores, exhibeant sese tanquam luminaria lucentia in hoc mundo caliginoso, ac sancte et religiose conversando detergant communitatis maculas, quas per Leefdael forte contraxit.

De regimine domus scribam ex voto Fraternitatis Vestre ad Dominum Priorem et conventum. Nam mea est illa voluntas et intentio ut primariam Vestra Fraternitas temporalium rerum monasterij curam habeat et eas administret sine alicuius contradictione; excepto, quod in elocationibus et conventionibus magni momenti semper utetur consilio et consensu ceterorum trium, nempe Domini Prioris ¹¹⁵⁾, Pastoris in Corsel ¹¹⁶⁾, (quem secundarium institui administratorem), et pistrionarij ¹¹⁷⁾. Quare, apud Priorem agam ut in nullo administrationem Vestre Fraternitatis turbet; et Vestram Fraternitatem rogo, quatenus illa semper sit bono, forti ac invicto animo. Et spero quod me adiutorem sentiet atque fautorem. Nam, simul atque ceteros collectos audiero in Diest, ego statim meo conferam ut ordinem ac modum certum vivendi et agendi prefigam, de malevolis omnibus et calumniatoribus, qui honorem nominis vestri temere traducunt, silentium imponam.

De negotio provisionis vestre, simul atque intellexi vestrum sollicitatorem re infecta redijsse, ipse sollicitus fui, qui patris erga vos omnes ducor affectu, et commendavi illud ipsum negotium, presumens de omnium vestrum voluntate, ante quindecim dies cuidam dicto Joanni del Rio, utriusque juris Licenciato, qui omnibus aulicis est notissimus et gratissimus et mihi quoque notissimus. Et eidem quoque promisi, modo celerem et optimum habeat negotij finem, de conventus presumens consensu, honorarium quidem incertum sed tamen bonum; et spero conventum nostram promissionem ratam habiturum.

De Lindano episcopo Ruremundensi non est quod aliquis reli-

¹¹⁵⁾ Arnould vander Heyden.

¹¹⁶⁾ Guillaume Henrici Jans.

¹¹⁷⁾ Herman Hattum de Horst.

giosorum timeat. Nam sum satis certus eum nihil obtenturum apud Suam Sanctitatem, etiam si quam maxime sollicitaverit. Verum, ne videamini in propria causa dormire et negligentius agere, putarem consultum ut sub nomine conventus concipiatur aliqua supplicatio Sue Sanctitati porrigenda, qua tantum hoc supplicetur Sue Sanctitati contra conatus Ruremundensis ne Sua Sanctitas disponat aliquid de vestra monasterio vobis vel parte non audita. Et, quo libellus vester supplex apud Suam Sanctitatem acceptior sit, possit is, cui libellum committetis deferendum atque porrigendum, uti opera Eminentissimi Cardinalis tituli Sancti Sixti, Boncumpaigne nuncupati, qui in Romana Urbe nostri Ordinis est protector.

Nuper ante tres septimanas accidit ut colloquium habuerim cum quodam in Aula versato, qui se scire affirmabat Reverendum Dominum vestrum Egidium depositum aliquot millium tradidisse conservandum Aquisgrani seniori Schets defuncto, et hoc propter exsurgentes in hac patria turbas. Quare Vestre Fraternitatis erit officium, modo depositum illud refusum non sit vel redditum, omnes chartas Domini Egidij diligenter querere et inspicere, an alicubi syngrapham manus ipsius invenire possit, quo ipsius filios et heredes monere possitis et ad restitutionem cogere.

His paucis Deus Optimus Maximus Fraternitatem Vestram incolumen servet.

Celeri calamo ex Lovanio 14 Octobris 1584.

Pecuniam, quam habet pistrionarius, relictam a Leefdael cupio reponi in communi erario sive communi cista, quam ordinavi quatuor seris firmandam esse, et scripsi Priori ut ex communi erario semper numeret Fraternitati Vestre, tamquam primario administratori, quantum sufficere possit ad unum vel duos menses, ne cogaris (quod molestum esset) frequentius pecuniam postulare. Pastorem in Cosen¹¹⁸⁾ constitui edium Trudonensium conservatorem, et illius erit omnia fideliter accipere et asservare, non tamen quicquam erogare sine vestro consilio et consensu, nam eum cupio in omnibus Vestre Fraternitati subservire. Ergo que communem pacem et concordiam fovere possunt excogitanda sunt, maxime quamdiu vobis de abbate non est provisum.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 62 r^o - 63 r^o.

François van Vlierden à Jean Godefridi, Prévôt de Keizerbos

14 octobre 1584

Acte officiel, par lequel Vlierden nomme Godefridi administrateur principal des biens de l'abbaye d'Averbode.

¹¹⁸⁾ Matthias Valentyns.

Constitutio Prepositi in Keiserbosch in administratorem.

FRANCISCUS VAN VLIERDEN, Sacre Theologie Licenciatus ac permissione divina monasterij beate Marie Virginis Parcensis Ordinis Premonstratensis indignus Abbas, necnon a Reverendissimo in Christo Patre ac Domino JOANNE DE PRUETIS, Sacre Theologie Professore, Sancti Joannis Premonstratensis Laudunensis diocesis Abbate, ac Capitulo Generali totius Ordinis per Circarias Brabantie et Frisie Commissarius ac Vicarius generalis datus et deputatus, cum potestate substituendi unum vel duos qui eandem quam nos aut limitatam habeant potestatem, dilecto nobis in Christo fratri, fratri JOANNI GODEFRIDI, Corselio, preposito in Keiserbosch, monasterij Averbodiensis religioso professo, salutem et paternitatis affectum.

Cum vacantium ecclesiarum diligens sit habenda cura, ne bona earumdem aliquo malo regimine pereant vel a non veris professoribus in ipsarum preiudicium et damnum evidens detineantur, nos de vestra fidelitate ac rerum agendarum longa experientia per confratrum tuorum commendationes certiores facti: te, fratrem Joannem Godefridi, Corselium, prepositum in Keiserbosch, per presentes ordinamus et constituimus administratorem temporalium bonorum et negotiorum vacantis ecclesie monasterij Averbodiensis; et concedimus tibi facultatem ac potestatem monendi, recipiendi omnes redditus, census et omnes proventus monasterij qualescumque fuerint. Et insuper erogandi recepta in communes eiusdem monasterij usus, necnon innovandi omnes bonorum elocationes et conventiones, et agendi omnia que ad bonorum temporalium regimen necessaria erunt cum infrascriptis conditionibus. Primo, ut in venditionibus, emptionibus, elocationibus et conventionibus magni momenti et ponderis nihil agas sine consilio et consensu Domini Prioris, Pastoris in Corsel secundarij administratoris, et pistrionarij. Secundo, ut totius administrationis tue reddas futuro Abbati vel nobis, si diutius abbatia vacaverit, exactam rationem. Et hanc potestatem tibi concedimus usque ad nostram vel superioris revocationem.

In cuius concessionis testimonium presentes literas confici curavimus et sigillo nostro abbatiali muniri fecimus, Anno Domini 1584 14 Octobris.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 63 v^o - 64 r^o.

François van Vlierden aux religieux de Mariënweerd

20 octobre 1584

Depuis la remarquable publication de W. Hoevenaars, o. Praem., *Bijdrage tot de geschiedenis van de Abdij Mariënweerd* (Utrecht, 1898), on connaît le curieux sort de cette abbaye. Le Recueil des Lettres de François van Vlierden contient le document ci-

joint, lequel ne doit pas manquer au dossier de l'abbaye de Mariënweerd. Vlierden a fait un beau mais vain effort pour sauver de la ruine une ancienne et belle maison, trahie par ses propres habitants.

Religiosis in Marienweert.

FRANCISCUS VLIERDEN, Sacre Theologie Licenciatus et Dei gratia abbas indignus Beate Marie Parcensis, a Reverendissimo Domino Generali et Capitulo deputatus commissarius ad reformanda et visitanda omnia monasteria Ordinis Premonstratensis per Circarias Brabantie et Frisie cum plenitudine potestatis: fratribus Insule Beate Marie ¹¹⁹⁾ vulgo de Marie weert, salutem.

Quia per fide dignos intelleximus et cum summo animi dolore didicimus vos libere nimis contra commune vestri monasterij bonum et commodum, et citra ¹²⁰⁾ superiorum consensum legitimum passim dividere fundos, redditus, census et alia quevis bona monasterij eaque oppignorare, ut iam fere omnis spes de restitutione monasterij sublata sit: nos, ex potestate nobis concessa, omnes huiusmodi venditiones et oppignorationes sine legitimo consensu contra Statutorum nostrorum ordinationes factas, declaramus nos habere irritas et nullas, ac ne in posterum fiant tales venditiones vel oppignorationes in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis inhibemus.

Datum Lovanij sub sigillo nostro abbatiali anno 1584 20 Octobris.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 64 r^o.

François van Vlierden à l'Abbé-Général Jean Despruets

22 octobre 1584

Vicaire du Général, Vlierden veut dresser dans cette lettre un bilan de la situation des différentes abbayes, confiées à ses soins. Il fait donc un tour d'horizon, tout en s'arrêtant longuement à l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers. On le sait, les deux Vicaires, Luc et Vlierden se disputaient l'autorité sur cette malheureuse maison.

Cette lettre du 22 octobre 1584 ne fut pas expédiée. Vlierden la reprit dans ses grandes lignes dans une lettre postérieure, celle du 27 décembre 1584. Nous donnons cependant ici le texte — malheureusement incomplet — du projet de lettre, daté du 22 octobre. Comme on le verra, le texte du 22 octobre et celui du 27 décembre présentent plusieurs divergences très intéressantes.

¹¹⁹⁾ Le Ms. donne, fautivement: Insule Ducis.

¹²⁰⁾ Ms.: contra.

Reverendo Domino Abbati Premonstratensi.

Salutem plurimam in Christo, Reverendissime Domine.

Recepimus sub finem mensis Aprilis huius anni Reverentie Vestre literas, una cum commissione visitandi ac reformandi omnia monasteria nostri Ordinis per Brabantiam et Frisiam. Quam sane commissionem (licet propter deformatissimos monasteriorum mores et noxiam hactenus permissam vivendi licentiam) odiosam et molestatam, tamen lubens ex voluntate Reverentie Vestre suscepi, quia et ipse desiderabam pristinum illum restituendum Ordini nostro candorem. Verum, quia Vestra Reverentia consimilem, imo ampliorem Reverendo Domino Abbati Bone Spei, primum per privatas literas anno 83 13 novembris et secundo per publicum instrumentum in forma probantis anno 84 27 Martii dederat commissionem, emersit inter Reverendum Dominum Bone Spei, qui ante finem Augusti prelapsus nullam mihi fecerat sue commissionis fidem vel etiam significationem, quedam difficultas, cuius certiores putavi esse faciendam Vestram Reverendam Paternitatem, quo eiusdem autoritate sopiatur et terminetur. Anno (si bene memini) 80 Illustrissimus Princeps Parmensis ex nomine Regie Maiestatis (cuius est ex indulto apostolico providere omnibus primis dignitatibus), quia abbas S. Michaelis, tunc adhuc superstes, in hostium partibus agebat, constituit administratorem bonorum monasterij Sancti Michaelis, que extra hostium erant potestatem, religiosum quendam illius

Ici, un feuillet entier du manuscrit a disparu. Il a disparu avant le moment, où le manuscrit fut folioté.

qui tempore regiminis sui multa vendidit monasterij bona et non vendita oppignoravit ac decoxit, ut iam non sufficiat duobus vel tribus religiosis alendis, cum tamen adhuc 18 habeat, qui Bruxellis agunt ¹²¹⁾).

Monasterio Sancti Michaelis spero providendum simul atque fuerit civitas in potestate Sue Maiestatis redacta. Estque illi monasterio vir insignis necessarius, qui zelum religionis et domus Dei habeat; nam, preterquam quod illius monasterij fere omnes licentioris sint vite, sunt ex illis tres aut quatuor, qui principi Orangie militaverunt et servierunt ac uxores duxerunt.

Abbas monasterij Bernensis vita functus est ¹²²⁾ et conventus residet Buscoducis, eoque mittitur ab Aula Reverendus Dominus Heylesemensis ¹²³⁾ ad vota et suffragia fratrum audienda et colligenda.

Religiosi Insule Marie, vulgo Marie Weert prope Culenburgum,

¹²¹⁾ Il s'agit de l'abbaye de Dielegem. A cette époque, son prélat était Liévin van Couwenberghe.

¹²²⁾ Thiéry Spirinck van Wel, prélat de Berne.

¹²³⁾ Balthasar Lovius.

omnia fere bona monasterij vel vendiderunt vel oppignorarunt, ut exigua relictā sit spes de illius monasterij restitutione. Et, ut brevis sim, ea est omnium monasteriorum nostri Ordinis deformatio, ruina ac desolatio ut suppliciter rogem Vestram Reverendam Paternitatem, quatenus illa semel dignetur in gratiam Abbatum Belgie futuro Capitulo Generali locum aliquem in Leodina vel Arthesia designare vicinorem, et ad hoc Capitulum cum aliquot ex Gallia abbatibus et confratribus comparere, quatenus sic mala nostra et monasteriorum abusus omnes vicinius et certius cognoscere valeat et ijs conveniatis adhibere remedia.

Deus Optimus Maximus Reverendam Paternitatem Vestram diu ecclesie sue et Ordini nostro incolumem servare dignetur.

Raptim ex Lovanio anno Domini 1584 22 Octobris.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 65 v^o - 66 r^o.

Jean Luc, Prêlat de Bonne-Espérance, à François van Vlierden

6 novembre 1584

Dans sa lettre à Eméri Andries, datée du 14 août 1584, Vlierden s'était permis une insinuation assez méchante sur la manière subreptice, dont l'abbé de Bonne-Espérance avait obtenu l'administration de l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers. Andries avait communiqué cette lettre à Luc, lequel réplique par cette lettre un peu nerveuse.

Intellexi ex Reverende Paternitatis Vestre literis ad fratrem Emmericum Andree scriptis, quam iniqua sit isthic de nobis opinio. Cetera quidem huius seculi bona nobis ablata facile negligimus ut Christum nudum nudi sequamur. Sed testimonium conscientie nostre bonum et integrum apud homines non secus quam apud ipsum Deum esse desyderamus. Itaque, ut Paternitas Vestra veneranda non credat, uti scribit, supreptitie et clandestine impetratam a Celsitudine Principis Parmensis in Divo Michaelae administrationis commissionem, hec scripta mittimus, que facile probant previum nos habuisse Reverendissimi Domini Premonstratensis consensum. Posteaquam vero ad me rescriptis factum in Capitulo Generali, ut vobis literas supplicantiis vestre Brabantie vicariatus concederet ? Egi summas gratias quod tanto onere sublevarer ; nonnihil tamen conquerens quod sic Regie Maiestatis consiliarijs et aulicis, quibus iam omnia erant notissima, ridendus propinarer. Potissimum autem quod bene coeptum eius suasu et consensu in sancto Michaelae negotium deinceps exequi mihi difficile foret, ad hec (ut Reverenda Paternitas Vestra videt) respondit, confirmatque rursus priorem a se nobis datam commissionem. Unde ego spero futurum et precor ut Reverenda Paternitas

vestra fratrem illum Emericum Andree id facere permittat quod a nobis committitur et precipitur consilio plurimorum honestorum et summe notorum virorum, presertim commendatione Reverendi Abbatiss Ninivensis, Domini Petri Aloysij ¹²⁴) confratris nostri. Preterquam etiam quod missa ad nos de eius vita instructio ab aliquot religiosis Sancti Michaelis probata et subsignata (quam contulimus cum descriptis itidem per alios moribus Dyonisij Feyten), cuilibet alij pretereundum indicat. Quod reliquum est, Deum ex charitatis affectu comprecabor ut Reverendam Paternitatem Vestram diutissime sospitem et incolumem servet.

Ex domi nostra Binchiensi octavo Idus Novembris 1584.

Vester confrater et syncerus amicus,

frater Joannes Lucq, abbas Bonespei.

Reverendo in Christo Patri et Domino Domino Abbati Parcensi.

Pièce originale. Entièrement autographe de Luc.

Archives de l'abbaye de Parc, VII, 65, fol. 69.

Jean Luc, Prélat de Bonne-Espérance, à François van Vlierden

18 novembre 1584

Le 31 août 1584, Vlierden avait envoyé à Luc une lettre assez audacieuse dans certaines affirmations.

Luc riposte ici. Il le fait de façon mordante.

Nobis id cum Christo semper est commune, Reverende Confrater, ut bene facientes male audiamus. Fuit enim noster, cum Reverendissimi Domini Premonstratensis consilio, consensu et iudicio, rectus scopus in Sancti Michaelis negotio; et nihil clam abs me factum est, uti Vestra Reverentia notat in literis ad fratrem Emericum scriptis de « subreptitia impetratione commissionis nostre ». Scripta enim diversa testantur. Sed facile primam illam injuriam patiar a Vestra Reverentia immerito illatam; quin potius ut christianum et sanctimonie professorem decet, maxillam unam percipienti etiam alteram iteratis epistolarum vestrarum ictibus porrigam. Quanquam (ut cum bona venia dicam) mendacij notam sic ferre generosus animus non debet, nisi id in scriptorum lectorem nimis cecutientem vel vestrum nostre lingue imperitum interpretem rejiciam. Quis enim umquam leget in supplici libello per nos Principis Parmensis Celsitudini dato « non esse aliquem (ut Vestre Reverentie verbis utar), cui administratio bonorum monasterij Sancti Michaelis concredita esset » ? Legatur et relegatur paulo attentius. Invenientur hec verba gallici : Et comme l'abbaye de Saint Michiel en la ville d'Anvers est depourveu de legitime Prelat et les religieux sans

¹²⁴) Pierre Aloys, prélat de Ninove, déjà cité

service divin et que les biens et revenuz d'icelles sont saiziz par les hereticqz et aultres administrez *par ceulx n'ayants droictz et illegitimes*. Hic ne queso (ut epistola vestra sonat contra) *apertam veritatem allegatur* ? An non destituta est ecclesia Sancti Michaelis legitimo pastore ? cuius etiamnum bona dilapidantur ab hereticis ; ut nemo inficiatur. Esto. Dionysius Feyten habuit administrationem. Sed consyderetur tempus. Vivo scilicet adhuc ac superstitute proprio Abbate. Id vero si probes factum bene, per me licet. Dubito. Tamen nulli non eum vituperant et inter ceteros Reverendissimus Generalis noster Dominus Premonstratensis, qui scripsit contra similem monasterij nostri administratorem ¹²⁵⁾, ut loquitur : nihil odiosus quam viventis pastoris beneficium impetrare. Non immemor huius administrationis fuit Celsitudo Principis Parmensis. Illa enim viventis Abbatis legitimi facit mentionem. Quo mortuo, alia nova et diversa etiam pro diversi temporis ratione foret impetranda. Praeterquam quod similium administrationum hae sunt conditiones : le tout par maniere de provision et tant qu'aultrement de par Sa Maisté ou sadicte Alteze en sera ordonné. Unde fit ut postrema semper revocet primam. Neque illud contra veritatem (ut vestris utar literis) asseritur plures nobis esse religiosos. Numerus enim non est exiguus et magis adauctus per pastores religiosos, qui huc ad nos rediguntur improbitate vestre Brabantie, hereticorum et militum qui in illis potissimum grassati sunt, usque adeo ut pauci supersint qui non fuerint abducti captivi Bruxellas vel alio ; idque summo cum detrimento nostro. Ita me Deus amet. Leviter nimis mendax appellor. Ego vero miror sic negligenter lecta omnia ; quis, obsecro, hoc intelligat de religiosis Divi Michaelis, cum ex ijs que sequuntur prorsus contrarium constet. Qu'il puisse prendre soing et regard a recueillir et reduire en bon ordre et obedience les religieux de monastere saint Michiel en Anvers. Vellem ego tale quid insinuare, quum nullum unquam foverim aut nutrierim ex illis ; imo tunc ne riderem quidem, cupiens tamen in futuris pro modulo nostro si non pecunijs, bono saltem consilio iuvare, non in preiudicium (ut videlicet vestre litere amant) monasterij Divi Michaelis et in nostri ipsius commodum. Religiosior enim sum quam ut aliis velim sic obesse ; et noster scopus est ut monasterio, episcoporum prede forsitan exposito, succurreveniat. Scio, scio Vestram Reverentiam impetravisse vicariatus commissionem, neque enim invideo imo gaudeo nostris humeris ablatam sarcinam et vestris impositam. Quo nomine egi summas gratias Domino Reverendissimo Premonstratensi, nonnihil tamen expostulans quod sic ridendus propinarer conciliarijs regijs et aulicis omnibus, quibus omnia iam erant notissima. Ad que respondit, ut Vestra Reverentia

¹²⁵⁾ Avant l'élection de Luc, du temps de son prédécesseur, le prélat Trusse, un religieux de Bonne-Espérance, Arnould Moreau, s'était fait nommer, par les rebelles, administrateur des biens de son abbaye. Il fut aussitôt condamné par le Général Despruets.

videt per epistole exemplar. Sed quando quidem sic vanus vobis videor, debueram colonnatum (ut aiunt) scriptum et testibus sub-signatum mittere. Spero tamen futurum propediem ut cum alijs literis nostris, quas nondum receptas intelligo, isthic videatur, cum respondebitur epistelij vestri catastrophe. Ut agis, etiam consolor, ubi lego in eodem epistoleo vestro *celeri calamo*, existimans omnia ab eodem amanuensi vel interprete vestro lecta etiam celere vel volubili oculo. Quod est reliquum, precor Deum ut Vestram Reverentiam nobis diu incolumem servet.

Ex nostra domo Binchiensi, 18 Novembris 1584.

Vestre Reverentie confrater et amicus syncerus,
fr. Joannes Lucq, bone spei abbas.

Reverendo Patri ac Domino Domino Abbati Parcensi.

Pièce originale. Entièrement autographe de Luc.

Archives de l'abbaye de Parc, VII, 65, fol. 67-68.

François van Vlierden à Emeri Andries, Curé de Meer

22 novembre 1584

Le 14 août 1584, Vlierden avait écrit à Andries une lettre sévère et assez tapageuse. Depuis, Andries lui avait fait parvenir certains documents, propres à donner au Vicaire du Général une meilleure compréhension de la situation. D'autre part, le prélat Luc s'était expliqué avec Vlierden.

Dans cette nouvelle lettre, on verra que Vlierden prend un tout autre ton. Pour ce qui regarde le fait qu'Andries s'est chargé du rectorat d'un couvent de Norbertines à Breda, Vlierden paraît être parfaitement satisfait. Toutefois, il n'a pas changé d'avis quant à l'administration de l'abbaye de Saint-Michel. Vlierden conseille à Andries de mettre fin à ses querelles avec Feyten et de reconnaître celui-ci comme le légitime administrateur.

Emerico, pastori Merano.

Salutem plurimam, Domine Pastor et confrater in Christo dilecte.

Recepimus ante plures dies per pretorem Vilvordiensem, qui hactenus Colonie hesit, Fraternitatis Vestre literas unacum varijs instrumentorum copijs commendatitijs ac multorum literis, quibus fidem libenter de conversatione Vestre Fraternitatis adhibeo. Donet Deus ut coram eo semper ambulet in omni pietate et sanctitate.

Dum literas Vestre Fraternitatis lego et relego easque confero cum ijs, que a Domino Preposito ¹²⁶⁾ accepi, satis animadverto dolens

¹²⁶⁾ Denis Feyten.

non esse eam tibi cum eo concordiam et pacem quam optarem, sed potius odij ac longioris discordie fomenta inter vos emersisse. Vestra enim Fraternitas Prepositum de ambitione insinuat, cum ipse forte verius eam notam Vestre Fraternitati impingere posset. Nam, cum ante paucos menses in Sancto Trudone essem, Vestre Fraternitatis literas ad Dominum Cornelium Standonck ¹²⁷⁾ et per eum mihi exhibitas legi, in quibus certe Vestra Fraternitas promissis ac humanioribus verbis ipsius Domini Cornelij votum, suffragium ac commendationem expostulabat; quo, si futuro scrutinio (quod futurum, si recte memini, significabas) posset ad abbatialem dignitatem pre ceteris haberi magis idoneus ¹²⁸⁾. Et hoc quam evidens sit ambitionis signum, ipsa Vestra Fraternitas, nisi plane cecutias, facile videre potest.

Secundo, existimat ipsa Vestra Fraternitas domini Prepositi administrationem annullandam et cassandam esse, quia (sicut asserit) quorundam ille fugitivorum vel aliorum religiosorum Sancti Michaelis nomina in libello supplici, quem primum Sue Celsitudini porrexit, substituit ¹²⁹⁾: quo necessario administratorem Sancti Michaelis constituendum esse persuaderet et ijs consuleretur, quos superiore affirmabat destitutos. At ille administrationem a Reverende Domino Bone Spei ¹³⁰⁾ Vestre Fraternitati commissam putat ratam non esse habendam nec firmam, ob hoc quod Reverendus Dominus Abbas, quo primariam posset obtinere monasterij Sancti Michaelis administrationem, falsa quedam in supplicatione Sue Celsitudini porrectam allegaverit, nempe neminem esse cui administratio bonorum Sancti Michaelis commissa erat et se quosdam religiosos Sancti Michaelis habere in convictu; et omnino quia contra mentem Domini Praemonstratensis ¹³¹⁾ voluerit ex administratione monasterij vestri aliquod recipere commodum et damnorum, que tempore belli sustinuit, aliquam recompensam atque satisfactionem congruam. Hoc ex publico instrumento Sue Celsitudinis satis liquet.

Tertio, conqueritur Vestra Fraternitas se a Domino Preposito tamquam Bredane civitatis turbatorem falso traductum; at ille diffamatum se a te asserit apud Aulicos et de incontinentia etiam falso accusatum.

¹²⁷⁾ Corneille van Standonck était religieux de Saint-Michel d'Anvers. Il y fut sous-sacristain, circateur, sous-prieur, infirmier et prieur. Il était né à Anvers en 1547. Dans l'information de 1582-1583, il donna sa première voix à Andries; sa seconde voix à Feyten; sa troisième voix à Guillaume Heyms. Dans l'information de 1585, il donna de nouveau ses voix successivement à Andries et Feyten.

¹²⁸⁾ Plusieurs religieux de Saint-Michel n'étaient pas contents de l'information, prise par Stryen en Batzon en 1582-1583. Ils voulaient en faire prendre une nouvelle, laquelle eut lieu en 1585.

¹²⁹⁾ Dans sa requête à Farnese, Feyten avait parlé de plusieurs religieux, e. a. Séverin Sips et Jean de Balen, lesquels avaient abandonné leurs postes.

¹³⁰⁾ Jean Luc.

¹³¹⁾ Jean Despruets.

Hec litis et odiorum inter vos iacta sunt semina. Que, si animosius foveantur, scandala et offensiones dabunt, confratrum turbabunt pacem ac monasterio vestro adferent perniciem certissimam. Quare, quo Vestra Fraternitas proprio consulat honori, fratrum paci et unanimitati et monasterij quoque commodis, rogo et moneo aut, si rogando et monendo parum possum, ex concessa nobis potestate in virtute sancte obedientie Vestre Fraternitati precipio ut illico desistat contentiosius contra Dominum Prepositum agere et eum agnoscat monasterij Sancti Michaelis administratorem, donec vobis de Abbate provideatur; et, si quam forte dedit iuste offensionis causam, remittat. Ego quoque apud eum agam ut, si quid forte minus prudenter a Vestra Fraternitate dictum vel factum fuit, oblivioni tradat. In pace enim vocavit nos Deus. Et « alter alterius onera portate » inquit Apostolus, « et sic adimplebitis legem Christi ». Et, « obsecro vos », inquit alio loco, « in nomine Domini nostri Jesu Christi ut idipsum dicatis vos et non sint in vobis schismata ». Nam turpe est inter religiosos, inter sacerdotes quorum est pacificas quotidie Deo hostias offerre et fraterne societatis unanimitate relucere, noxie animosas exaugere contentiones et lethalis odij fomenta. Pro utilitate ergo anime vestre ut hec exhortatio locum inveniat rogo.

Quod ad monasterium attinet, in quo de consensu Reverendi Domini Floreffensis ¹³²⁾ preest Vestra Fraternitas, rogo ut sic preesse satagat ut omnino prosit et sibi et alijs. Habeat eam diligentem curam, ne umquam pedem foras efferant vel cum secularibus agant licentius. Intellego enim quemdam esse Minoritam, qui ipsarum negotia procurat et qui sub eo pretextu septa ingrediatur, omnino monialibus inutilis. Volumus tamen ante omnia ut ad curam tuam ¹³³⁾ esse Vestra Fraternitas conferat simul atque erit residentia possibilis. Et quia asseritur monialibus ex indulto apostolico concessum esse ut eligant quemcumque velint confessarium, cupimus nobis transmitti huius indulti authenticam copiam ut cognoscamus an, sicuti est ipsius eligendi facultas concessa, sic etiam sit amovendi pro placito, maxime quando superioris autoritate approbatus est et confirmatus assumptus confessarius, sine cuius autoritate non est censendus habere aliquam in eas iurisdictionem ad usum clavium necessariam.

Deus Optimus Maximus in omnibus Vestram Fraternitatem dirigat ac incolumum custodiat.

Raptim Lovanij anno 1584 22 Novembris.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis* », fol. 64 r^o - 65 v^o.

¹³²⁾ Gilles Daischelet.

¹³³⁾ La paroisse de Meer-lez-Hoogstraten.

François van Vlierden à Denis Feyten, Prévôt de Zoetendaal

24 novembre 1584

Dans le long et pénible débat entre Vlierden et Feyten d'une part et Luc et Andries d'autre part, la situation s'était péniblement éclaircie. Luc avait communiqué la copie des différentes pièces du litige. Il était donc clair que Vlierden ne pouvait momentanément revendiquer aucune juridiction vicariale sur l'abbaye de Saint-Michel à Anvers. Entretemps, Vlierden n'était pas l'homme à se donner vaincu. Il s'adresserait à l'Abbé-Général et se faisait fort d'obtenir de celui-ci l'approbation de son point de vue.

Au demeurant, il signale dans cette lettre qu'il est réduit momentanément à l'impuissance. Feyten en devra prendre son parti, en attendant l'heure où la décision du Général sera connue.

Dans une de ses lettres au prélat de Parc, Feyten avait parlé d'un couvent de Norbertines où il pourrait faire accepter les religieuses de sa prévôté de Zoetendaal, exilées par les rebelles. Il est bien dommage que le nom du couvent, où il comptait placer ses religieuses, n'est pas indiqué. Vlierden avait demandé des renseignements sur ce couvent, notamment à l'économe des Norbertines de Gempe. Celle-ci n'avait pas donné des renseignements fort encourageants. Vlierden promet de s'occuper de l'affaire et de donner aussitôt que possible de plus amples informations.

Preposito in Zuetendael.

Salutem plurimam, Venerande Domine Preposite et Confrater.

Quia Domino Emerico volebam non tantum ex autoritate sed etiam cum ratione et solido fundamento imponere silentium et eiusdem cohibere petulantem animum, misi magnis sumptibus Abbati Bone Spei, cupiens ab eo cognoscere quid iuris vel autoritatis in abbatiam Sancti Michaelis vel alia nostri Ordinis monasteria per Brabantiam pretenderet; et simul apud eundem agebam ut commissionem datam Emerico (si nihil iuris in monasteria prefata sibi vendicaret) cassam declararet et irritam. Ad literas meas respondit 18 Novembris se, simul atque intellexisset de commissione mihi data (quia priorem ipse receperat commissionem) scripsisse ad Dominum Premonstratensem et cum eodem expostulasse quod ridendus exponeretur per eam commissionem posteriorem, maxime quia ex voluntate Sue Celsitudinis ceperat disponere de abbazia Sancti Michaelis. Ad eius literas rescribit Dominus Premonstratensis 7 Junij non esse mentem ipsius vel etiam Capituli Generalis ut occasione commissionis nostre posterioris reddatur risui; sed placere illi ut, quia cepit cum beneplacito Sue Celsitudinis disponere de Abbazia

Sancti Michaelis, eius monasterij curam in se suscipiat et mihi reliquas Brabantie abbatias relinquat. Imo hoc addit in suis Dominus Premonstratensis (verisimiliter agente abbate Bone Spei) ut hoc unum sollicitet apud Suam Celsitudinem quatenus conventui concedatur nova electio. Ex quibus literis tam Domini Premonstratensis quam abbatis Bone Spei intellexi restrictam esse commissionem nostram quoad monasterium Sancti Michaelis. Difficile mihi erit Emericum animosius et contentiosius agentem cohibere. Quare consultum putavi scribere (sicut etiam feci) ad ipsum Dominum Premonstratensem et ipsi proponere omnes difficultates et molestias quas occasione huius duplicis commissionis sustineo. Et misi eidem omnia documenta et instrumenta servientia contra abbatem Bone Spei, ut intelligat quam suis voluerit consulere commodis et que sua sunt quesierit. Quare, donec responsum habuero (habebo autem infra quindecim dies aut octodecim) supersedendum mihi est interim ¹³⁴). Tamen, cupio et volo ut in administratione tua permanear et in ullo Emerico cedas. Spero enim me ita exacte omnia scripsisse ad Dominum Premonstratensem, quod in toto commissionem abbati Bone Spei datam cassabit.

Procuratrix Gempensis ¹³⁵) mihi aliquando illius monasterij, cuius mentionem facis, locuta est ; sed quatenus ex ea intellexi, licentioris vite sunt ibi omnes moniales, ut forte non expediat tuas eo mittere. Tamen cum ea loquar et latius tibi scribam de omnibus. Cogor enim abrumpere calamum propter nunciij subitum recessum.

Deus Optimus Maximus Vestram Fraternitatem diu incolumem servet.

Celeri calamo ex Lovanio anno 1584 24 Novembris, eo mane quo tuas recepi.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 66 v^o - 67 r^o.

François van Vlierden à l'Abbé-Général, Jean Despruets

27 décembre 1584

Reprenant sa lettre, dont le premier projet avait été rédigé le

¹³⁴) Ces affirmations de Vlierden sont difficilement intelligibles. Comme nous l'avons dit, Vlierden prépara une lettre au Général, datée du 22 octobre 1584. Cette lettre ne fut pas expédiée; au moins, elle ne parvint pas à destination: la longue lettre, écrite au Général le 27 décembre 1584, reprend textuellement celle du 22 octobre. Celle-ci fut peut-être prête à être expédiée. Elle le fut peut-être aussi. Dans ce dernier cas, le courrier resta en défaut. Quoiqu'il en soit, Vlierden ne pourra pas informer le Général que par sa lettre, datée du 27 décembre 1584.

¹³⁵) Le couvent des Norbertines de l'Île-Duc à Gempe, près de Louvain. Le prélat de Parc était Père-Abbé de ce monastère.

22 octobre 1584, Vlierden écrit au Général cette longue épître. Il fait un tour d'horizon pour reconnaître la situation des différentes abbays. Il s'arrête longuement à l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers. Il veut en arriver à faire défendre au prélat Luc de Bonne-Espérance de se mêler encore aux affaires de cette abbaye.

Premonstratensi.

Salutem plurimam, Reverendissime Domine.

Recepimus sub finem Aprilis huius anni Reverentie Vestre literas una cum commissione visitandi ac reformandi omnia monasteria nostri Ordinis per Brabantiam et Frisiam. Quam sane commissionem (licet propter deformatissimos monasteriorum mores et noxiam hactenus permissam vivendi licentiam) odiosam et molestam, tamen lubens ex voluntate Reverentie Vestre suscepi, quia et ipse desiderabam pristinum illum restitutum Ordini nostro candorem. Verum, quia Vestra Reverentia consimilem, immo ampliorem, Reverendo Domino Abbati Bone Spei, primum per privatas literas anno 83 13 Novembris et secundo per publicum instrumentum in forma probantis anno 84 27 Martij dederat commissionem, cuius ego usque ad finem Augusti ignarus fui, orta est inter ipsum et me quedam difficultas, quam Reverende Vestre Paternitati aperientdam putavi, quatenus eiusdem auctoritate sopiatur et terminetur.

Anno (si bene memini) 80 Illustrissimus Princeps Parmensis ex nomine Regie Maiestatis (cuius est ex indulto apostolico providere omnibus primis dignitatibus), quia abbas Sancti Michaelis ¹³⁶⁾ tunc adhuc superstes in hostium partibus agebat, constituit administratorem bonorum eiusdem monasterij Sancti Michaelis, que extra hostium erant potestatem, religiosum quemdam illius monasterij, Dominum Dionisium a Feyten, qui et prepositus fuerat in Suetendael donec inde per hereticos expelleretur ¹³⁷⁾. Is, constitutus administrator, quo possit legitime preesse fratribus qui, relictis hostium partibus, ad Regis partes confugere cogitabant, obtinuit a Reverendo Domino Floreffensi ¹³⁸⁾, tunc per circariam Brabantie vicario, etiam spiritualem exercendi potestatem ; fuitque is in sua administratione pacificus usque ad initium anni 84, quo certe anno Reverendus Dominus Bone Spei ¹³⁹⁾, innixus Reverentie Vestre literis, quas 13 Novembris precedentis anni acceperat, et priusquam secundas a Vestra Reverenda Paternitate in forma probantis obtineret, supplicavit 16 Februarij Sue Celsitudini pro habenda administratione bonorum monasterij Sancti Michaelis, quo sic suis et illius monas-

¹³⁶⁾ Le prélat Guillaume Greve.

¹³⁷⁾ La nomination de Feyten comme administrateur date exactement du 18 avril 1581.

¹³⁸⁾ Le prélat Gilles Daischelet.

¹³⁹⁾ Le prélat Jean Luc.

terij consuleret utilitatibus, asserens (sicuti ex libello supplici colligi potest) neminem esse, qui bonorum monasterij Sancti Michaelis de iure curam haberet, et etiam se aliquos religiosos Sancti Michaelis habere in convictu. Et huius supplicationi Sua Celsitudo, male memor vel oblita se aliquando illius monasterij constituisse administratorem, annuit, sicut ex copia concessionis Vestra Reverentia videre poterit. Obtenta administratione, Reverendus Dominus Abbas, anno 84 4 Augusti, dum non ignoraret me per circarias Brabantie et Frisie constitutum vicarium, sine ulla commissionis sue exhibitione, subservientem sibi et secundarium quendam ordinavit monasterij Sancti Michaelis administratorem, fratrem scilicet Emericum Andree, pastorem in Mera et religiosum professum monasterij Sancti Michaelis, qui non ignorabat Dominum Dionisium aliquando a Sua Celsitudine institutum. Hic statim cepit animosius contra Dominum Dionisium agere et eum in sua administratione turbare, omnibusque creditoribus, colonis et arrendatoribus cum multorum offensione et ipsius monasterij damno non minimo inhibere ne amplius quidquam exsolverent Dionisio. Ex qua inhibitione occasionem libenter acceperunt creditores non solvendi cuiquam. Quod, cum cederet in abbacie magnum interesse et damnum, confugit ad nos Dionisius, omnes aperiens difficultates et sue administrationis molestias, quas agente Emerico sustinebat. Quas intelligens et pro vero non habens Dominum Abbatem Bone Spei, qui nulla commissionis sue exhibuerat documenta, habere aliquam in monasteria Brabantie et Frisie iurisdictionem, continuavi Dominum Dionisium in sua administratione, et hoc egi ut literas firmitatis, quas manutenentias vocant, a Concilio Sue Maiestatis in Brabantia obtineret, quo sic rusticos et arrendatores ad solutionem possem cogere. Cuius cum certior factus esset Emericus, misit illico 22 Septembris ad me commissionis Reverendi Domini Bone Spei et sue quoque substitutionis publica et probantia instrumenta, que omnia Vestre Reverende Paternitati transmittito. Et ea, ut legi, scripsi ad Reverendum Dominum Bone Spei in hunc modum:

Dans la marge on a ajouté: hic inserte fuerunt varie copie. Il s'agit des documents, dont Vlierden a fait mention au cours de cette lettre.

Hec eo fine putavi Vestre Reverende Paternitati transscribenda esse, ut sedulo expendere dignetur an monasterio Sancti Michaelis expediat Reverendum Dominum Bone Spei in illud reservare iurisdictionem, cum per hec nostra semper desolanda bella ad eam devenit monasterium Sancti Michaelis necessitatem, ut que supersunt bona, ipsis fratribus alendis non sufficiant et multo minus futuris oneribus et impensis; nam monasterium ipsum plane ruinosum est; precipua eiusdem registra sive munimenta ab hereticis obscurata et deperdita; supellex omnis ablata; ville complures exuste;

silve divendite et amputate, ut non videam quomodo qui monasterio, Antverpiens civitate recuperata, preficiendus sit his omnibus recuperandis et reparandis ac religiosis decenter intertenendis media sufficientia adinvenire poterit. Quare, hoc tempore ijs aliquid detrudere velle, meo iuditio non fraterne foret dilectionis, sed sua querentis cupiditatis.

Monasteriorum nostri Ordinis ubique per Brabantiam misera fames est et summa pauperies ; collapsa ubique religio ; et relictis proprijs conventibus dispersi fuerint propter hostilem rabiem omnium fere conventuum religiosi, ut hactenus non potuerim, tum propter ipsorum dispersionem, tum propter hostium quoque excursions, ullum visitare monasterium. Sed hoc tantum egi per literas ut singuli conventus ad edes, quas in civitatibus Regie Maiestati subiectis habent, conveniant, quo eos anno sequenti commode visitare queam et collapsam ubique disciplinam Deo adiuvante quoad fieri possit erigere.

Monasteria tria : Sancti Michaelis scilicet, Averbodiense et Bernense, abbatibus destituta sunt ; verum ijs spero propediem providendum simul atque Princeps Parmensis, cui ex nomine Sue Maiestatis hoc incumbit, a bellicis rebus liberior erit. Nam suffragia omnium audita sunt et ad Aulam transmissa.

Monasterio Grimbergensi prefuit quidam iam quinquennio ex commendatione Principis Orangie : Dominus Anthonius Oeyenbrugge. Verum ignoro an idem sit futurus Sue Maiestati gratus ¹⁴⁰). Moratur is Vilvordie cum uno atque altero religioso, reliquis conventualibus manentibus Bruxelle, Regie Maiestati adhuc inimica civitate. In qua etiam residet Dominus Gettensis ¹⁴¹).

Monasterio Insule beate Marie preest quidam senio confectus abbas, qui pre senio magis regitur quam regat, et residet is Culemburgi, hostili in civitate. Et huius monasterij religiosi, pretextu necessitatis, sic omnia fere monasterij bona vendiderunt et oppignorarunt, ut exigua de illius monasterij restauratione spes remanserit. Scripsi illis (quia eo proficisci securum non erat) duriores et acras literas ; verum, quid literis meis effectum sit, nondum certo cognovi. Sed hoc intellexi, plerosque magis heresim sapere quam veram profiteri religionem ¹⁴²).

Utinam Premonstratensis ecclesia, que omnium ecclesiarum

¹⁴⁰) Le prélat Antoine van Oyenbrugge, nommé par les rebelles, fut en effet approuvé par le roi. Voir mon article *Antoon van Oyenbrugge, Prelaat der abdij van Grimbergen. 1577/1585-1594*, paru dans *Analecta Praemonstratensia*, t. IV, 1928, pp. 45-63.

¹⁴¹) Le prélat Liévin van Couwenberghe de l'abbaye de Dielegem-Jette.

¹⁴²) Jean van den Hove était prélat de Mariënweert. Son coadjuteur, Frédéric van Winssen, joua un rôle franchement néfaste. Voir l'ouvrage déjà cité de W. HOEVENAARS, *Bijdrage tot de geschiedenis van de Abdij Mariënweerd*. Utrecht, 1898.

nostri Ordinis mater est, nobis vicinior foret, aut futuro Capitulo Generali locus aliquis vicinior in Leodina patria designaretur, ad quod ipsa Vestra Reverenda Paternitas dignaretur cum aliquot ex Gallia coabbatibus comparere. Sic enim mala omnia nostra certius ipsa Vestra Reverenda Paternitas cognosceret et convenientia remedia adhibere. Nam multum timeo ne aliquando serius medicina paretur, cum mala per longas invaluerint moras ¹⁴³).

Deus Optimus Maximus Vestram Reverendam Paternitatem dignetur ecclesie sue et toto Ordini nostro diu servare incolumem.

Ex domo nostra Lovanij, anno salutis 1584 ipso festo Divi Joannis Evangeliste.

Si quid Vestra Reverenda Paternitas respondere dignabitur, per cursorem ordinarium suas literas mittere potest Tornacum ad quendam, vocatum Joannem del Rio, utriusque Juris Licenciatum, qui eas mihi fideliter transmittet.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 69 v^o - 71 r^o.

François van Vlierden à Henri van Velroe, Curé de Zolder

31 décembre 1584

Henri van Velroe, le destinataire de cette lettre, était religieux de l'abbaye d'Averbode. La famille van Velroe ou Vilroux appartenait à la belle noblesse du pays de Saint-Trond. Henri van Velroe, fils du seigneur van Velroe et de demoiselle Adrienne van Ryckel, fut reçu à Averbode en 1571. Il était âgé de 20 ans. Il devint prêtre le 16 décembre 1575 et chanta sa première Messe le 6 janvier 1576. Devenu curé à Zolder vers la fin de 1579, il y mourut, encore jeune, le 6 mai 1588, vers deux heures de l'après-midi. Aux Archives d'Averbode (sect. IV, ms. n° 171), on conserve un Ordinaire, écrit en 1574 par Henri van Velroe: « Incipit Ordinarius Ceremoniarum apud Averbodienses anno Domini dlxxiiii. Ad usum fratris Henrici Vilroux suorumque confratrum ».

Comme on le verra dans cette lettre, Velroe semble ne pas avoir observé le célibat ecclésiastique. Vlierden l'avait rappelé à l'observance de ses obligations et l'avait invité, de vive voix, à renvoyer de son presbytère telle personne suspecte. Comme on le

¹⁴³) Déjà auparavant, Vlierden avait fait une proposition pareille. Le Général ne put lui donner satisfaction. Les guerres de la Ligue mettaient une grande partie de la France à feu et à sang. Despruets aura encore l'occasion de célébrer un Chapitre Général en 1566. Après, il faudra attendre jusqu'en 1605 pour trouver encore un nouveau Chapitre.

verra, Velroe n'avait pas tenu parole. A la fin de 1584 la personne en question n'était toujours point éloignée.

Dans cette lettre, Vlierden flétrit, en accents éloquents, la faute des prêtres, oublieux de leurs grandes responsabilités. Demandons-nous toutefois si Vlierden n'a pas exagéré le cas du curé de Zolder. Dans les premières années de son vicariat, Vlierden dépense souvent son bel élan à se croire le redresseur des torts. Il était entier dans sa conviction et ses principes. Il l'était parfois trop vis-à-vis des religieux de son Ordre, victimes d'un soupçon quelconque.

Henrico Zolder, religioso Averbodiensi.

Spiritum Christi in salutem, dilecte fili.

Quia nuper, cum mihi adesses, bonis ac privatis nostris monitis pro salute anime tue non acquievisti, cogor, iterato exstimulus quorundam bonorum amicorum Trudonensium scriptis quibus vita tua cum pellice illa Deo odiosa displicet, monere et tuam scripto reprehendere incontinentiam, que tanta est ut Apostolus dicat, 1 Cor. 5 cap: Si is, qui frater nominatur, est fornicator, cum eiusmodi nec cibum sumendum esse; et cap. 6 eiusdem epistole: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit, nam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur. Et post pauca subiungit: Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templa sunt Spiritus sancti? Qui in vobis est, quem habetis a Deo et non estis vestri. Empti enim estis pretio magno; glorificate et portate Deum in corpore vestro. — Hec in ea epistola scribit Apostolus occasione cuiusdam simplicis fornicarij, qui nec ex voto nec ex suscepto ordine continere obstringebatur; sed licite nubere poterat. Et huc tamen usque adeo fugiendum monet ut cum eo cibum sumere prohibeat. Denique negat sui iuris esse ob hoc, quod Christi Sanguine pretioque magno foret redemptus et emptus.

At tu, quum es Christi Sanguine redemptus et, ut tui omnino iuris non sis, et corpus tuum obtulisti voluntarie per castitatis votum in recognitionem tanti beneficij Deo hostiam sanctam et immaculatam, et ad sacerdotij honorem evectus potestatem accepisti conficiendi et tractandi virgineum illud Corpus in augustissimo Altaris sacrificio, et insuper aliorum suscepisti curandas animas: et non reputas omnino severitate et censura dignum, qui cum Creatoris tui et Sanguinis Christi iniuria, contra voti obligationem et sacerdotij honorem, corpus tuum prostituisti meretrici, et iisdem execrandis manibus contrectas dominicum Christi Corpus in augustissimo Eucharistie Sacramento, quibus paulo ante meretricia membra contrectasti? Certe, si non existimas, ego existimo, et graviori correptione te iudico dignum. Nam, sic in Deum esse sacrilegum ut ipsi corpus

tuum subtrahas quod prius devoveras et consecraras ; sic pollutis manibus, impuro corpore et impio corde contrectare illa veneranda sacra mysteria ; et sic denique ecclesias frequentare, psalmos decantare, orationes fundere et Christi in pascendo agere vices, sceleris est immensi et execrande impietatis. An non legisti illud : Peccatori dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas ? Tu vero odisti disciplinam et assumis testamentum meum per os tuum. Existimasti, inique, quod ero tui similis, scilicet probando iniquitatem. Verum, non ita erit, inquit Dominus, sed arguam te et statuam contra faciem tuam iniquitatem tuam, in illo utique die quando illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. An non legisti : quicumque manducaverit vel biberit indigne, iudicium in damnationem sibi manducat et bibit, non diiudicans Corpus Domini ; sed tamquam prophanum et communem cibum vel potum illud sumens. An non legisti : Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere ; displicet enim Deo infidelis et stulta promissio.

Si hec hactenus non legisti, certe iam ea ignorare non potes. Quare, noli amplius a semita mandatorum Dei aberrare sive ab ipsis labiorum tuorum verbis recedere. Deus enim, ut Apostolus ait, non irridetur, sed que seminaverit homo, hec et metet. Qui seminat in carne et facit ea que caro suggerit, de carne metet corruptionem in mortem ; qui autem seminat in spiritu et facit que suggerit spiritus, de spiritu metet vitam eternam. Quare, ne dicas in corde tuo : Peccavi, quid mihi triste accidit ? Altissimus enim (ut est Eccl., 5) patiens est creditor. Sed potius, salutaribus monitis acquiescens, ieiunijs, vigilijs, orationibus nocturnis atque diurnis et in sacco et cilicio castiga corpus tuum donec spritui obediat. Cogita peccaminum tuorum gravitatem ac fedidatem, et divinam in teipso stude placare iustitiam, ne in eternum a Deo reproberis et iudicaris. Et, quo facilius possis in amaritudine anime tue defflere peccata tua et nullum patiaris a pellice tua impedimentum, nos tibi precipimus in virtute sancte obedientie, quatenus altera die post harum receptionem sine ulla mora et cunctatione, eam abijcias et pagum compellas exire et huius abiectionis me certiore facias par Dominum Priorem ¹⁴⁴). Per quem, nisi certior factus fuero, facile presumam te monitis nostris obtemperare nolle : quare ad iuris remedia confugiam et per censuras, suspensiones et excommunicationes coram omnibus confundam faciem tuam, ut saltem reliqui timorem habeant si his omnibus non corrigeris.

Deus donet tibi, frater, spiritum cogitandi que recta sunt propitius et agendi, ut in omnibus eum timeas et nullis tentationibus ab eo separeris.

Raptim anno Domini 1584 ultima Decembris.

Minute dans « *Varie Epistole F. Vlieden, Abbatis Parchensis* », fol. 72 r^o - 73 v^o.

¹⁴⁴) Arnould vander Heyden, Prieur d'Averbode.

Le Général Despruets publie un nouveau Processionnel prémontré

1584

Ce nouveau Processionnel contenait e. a. la première édition du nouvel office liturgique en l'honneur de saint Norbert.

Voir à ce sujet C. A. VAN LIEMPD, *De Lotgevallen van het St. Norbertus-Officie* dans *Analecta Praemonstratensia*, t. X, 1934, p. 49, note 8.

François van Vlierden à Pierre Aloys, Prêlat de Ninove

20 mars 1585

Par cet acte officiel, Vlierden autorise le prélat et le couvent de Ninove d'hypothéquer les biens de leur abbaye pour une somme de six mille florins monnaie de Brabant.

Pro abbate Ninivensi.

FRANCISCUS A VLIERDEN, Sacre Theologie Licenciatus, permissione divina monasterij Beate Marie Parcensis Ordinis Premonstratensis abbas ac monasterij beatorum Cornelij et Cypriani Ninivensis civitatis eiusdem Ordinis Pater Abbas, necnon a Reverendissimo in Christo Patre ac Domino Domino JOANNE A PRUETIS, Sacre Theologie Professore, abbate monasterij Sancti Joannis Premonstratensis Laudunensis diocesis, ac Capitulo Generali totius Ordinis per Circariam Brabantie (in qua prefatum monasterium Beatorum Cornelij et Cypriani situm est) ac Frisie commissarius et vicarius generalis datus ac deputatus cum plenitudine potestatis: Reverendo in Christo Domino ac Confratri Domino Petro Aloysio, monasterij supradicti Ninivensis abbati, ceterisque fratribus eiusdem monasterij ac Ordinis, salutem et paternitatis affectum.

Pro parte vestra nobis fuit expositum per fratrem Christianum Sterck ¹⁴⁵⁾, vestrum confratrem, quod durantibus his bellicis tumultibus nullum ex monasterij amplissimis bonis toto septennio perceperitis fructum, tum quia illa vel ab hostibus violenter detenta fuerunt, vel certe quia malo belli impediendo omnia inculta et deserta in hanc usque horam permanserint: ut hinc tempore intermedio multa debita contraxeritis, tam pro liberatione ipsius Reverendi Domini Domini Petri Aloysij (qui Alosti captus et Vilvordiam et postea Bruxellam abductus, coactus est magno se redimere), quam pro alijs oneribus domus persolvendis ac religiosis decenter intertenendis; et vobis quoque pro presenti non esse medium quo vel credita

¹⁴⁵⁾ Chrétien Sterck, religieux et administrateur de Ninove.

possitis exsolvere vel diutius religiosis de victu et vestitu decenter providere, et totius monasterij ac omnium villarum ruinas reparare, nisi aliqua bonorum monasterij vobis concedatur oppignoratio ; — Nos, attendentes sacros canones alienationibus vel oppignorationibus bonorum ecclesie, quas pro redemptione captivorum aut urgente necessitate sublevanda fieri contingit, non contravenire, dictis Reverendo Domino et conventui paterna miseratione condolentes, concedimus facultatem oppignorandi sive aggravandi prefata monasterij sanctorum Cornelij et Cypriani bona usque ad summam sex millium florenorum Brabanticorum, justa ratione ac legali computu per ipsum Dominum Abbatem vel eius receptorem aut provisorem de receptis et expositis nobis aut quibus id iniunctum fuerit dandis et reddendis in omnibus salvis.

In cuius testimonium presentes nostras literas exinde fieri et per notarium nostrum infrascriptum signari sigillique nostri abbatis dignitatis subimpresione muniri fecimus et mandamus anno salutis 1585 20 Martij.

Minute dans « Varie Epistole F. Vlierden, Abbatis Parchensis », fol. 73 v^o - 74 r^o.

(A suivre).